tamur. vt. ff. de penis. I. vltimma. ad virumq casum translato-  
nis et mortis facit lex. C. de peda. iudi. l. placuit. In suspeso nō  
dico impediri iurisdictionem. Intelligo enim suspensum quo ad  
rīet prelaturam cuius respectu facta est cōmissio. et idez dico  
in remoto ab administratione. In excommunicato dico q ipse  
dicitur iurisdictio. non finitur. et absoluto eo procedetur ex vete-  
ri cōmissione. ar. xv. q. vii. nos sanctorum et c. iuratos et maxi-  
me si cognoscere incepit. melius est enim tantisper expectare  
iudicem qui semel cognoverit. q de nouo rem rursus dijudi-  
candam cōmittere. vt. ff. de vaca. mu. l. vlti. in f. C Item qd  
si de cōseruatoribus illis qui tota die in curia imperant et pu-  
meri executores de dubijs non cognoscunt. ne ptes iudicium  
sibi assumant vt. C. dc. ere. rei. iu. l. li. vt proponis. ceteruz si de  
dubijs deberent cognoscere ut cōseruarent iura et possessio-  
nes impetrantiū. iam essent iudices generales i omnibus cau-  
sis eorum qui eos impetraverunt quod esset cōtra ius vt. s. de  
rescriptis. ad hec. et sic curia tener. Item credi non oī alicui q  
sit delegatus. nisi per litteras delegationis ostendat vt. s. e. c. cū  
in iure. et idem in legato vt. C. de. mā. priu. l. vna. Idem in offi-  
cialibus celariū. volentibus capere bona allicuitus tangi fiscā  
lia quibus non creditur sine litteris. vt. C. de iure fisci. l. pbibl.  
tum. li. x. C Quid de auditoribus curie qbus viua voce vel g  
nunciū cause a summo pontifice cōmittuntur. rno sufficiet pro-  
bari sic esse cōmissum scripto vel non scripto. vt in aug. vi litig.  
gā. iurent. s. quia vero coll. ix. et in aug. de litigio. s. edicta. coll.  
viiij. Sed quid si tenor litterarum in acta publica sit translatus  
iudi. l. gesta. C. de testa. l. publicati. quod intelligo verum esse  
cum examine littere sunt in iudicio pntibus partibus tam i  
filo q in bulla et in stilo. et demū cōprobatis omnibus aucto-  
ritate judiciali translate sunt vt. s. de priuile. cū olim essemus in  
fi. Et est notandum q qnunciq iudici pntis scribatur rōnabi-  
les tamen exceptiones debet admittere nisi in rescripto conti-  
neatur q nulle exceptiones penitus admittantur. vt. s. e. c. et  
parte. q tunc nulle admitti debet vel saltim moratorie vel di-  
latorie. non deberent admitti. per emptorie sic vt. C. de preci.  
Impera. offi. l. quotiens. vel dici posset q tūc et dilatorie et p  
emptorie deberent admitti. ppter illas de quibus non admitt  
tendis in rescripto specialiter continetur. ut. ff. si quis cat. l. sed  
et si. s. que sint. hoc tamen fallit in personis que propter excessus  
notorios et evidentes sine exceptione vel excusatione alia  
condemnātur vt. xxij. di. in nomine dñi. s. q. vij. lator. xxi. q. ii.  
placuit. xvij. q. ii. s. homo. C. de decu. l. exemplo. C In sum-  
ma scienduz est q olim proponebantur edicta. i. in aliquo pu-  
blico et eminenti vel in abbo et retois scribebatur. talis veniat  
per se vel per alium et certiorari vt. C. qui accusa. non pos. l. iij.  
. ff. de iur. om. iu. l. si quis. id quod. et per talia edicta citabant so-  
li ordinarii non delegati. vt in aug. de erib. b. aut introdu. re.  
s. si vero quidem. C. de bo. aut. iud. posses. in aug. et qui iurat.  
nam et delegati qui et pedanei dicebantur non citabant pedi-  
cta nec per executores vt quidā dicunt. Sed requirebant per  
se vt. C. de iudi. l. scimus. Sed hoc non placet nam et arbitri  
per alium citatur. ff. de arbitris. l. sed interpellatur s. arbitri. sicut  
hoc videatur magis esse imperij q iurisdictionis. quasi impe-  
riosum videatur mittere executorem. Sed hodie talia edicta  
non sunt. sed mititur edicta in epistolis contēta. que delega-  
ti mittere possunt. vt. s. e. c. gratu. s. de dolo. et contu. c. vlti. s. de

eo qui mit. in pos. causa re.ser.c.vlti.sicut citationes & per executores vt.C.de prescrip.xxx.vel.xl.an.l.sicut in rem &l.cuz notissimi.sunt & per ipsos iudices vt in aug.de litigio.S.oem. Per banc citationē fit iurisdictionis perpetuatio.vt.j.e.t.gratum. & si citatus peremptorie nō vēiat.iudex pōt in eum procedere tamq̄ in contumacē.potest & gratiam facere contumaci & ei parcer in preiudicium alterius partis vt.j.eo.ti. Consul ut & C.q̄o & quando iudex.l.i.ss.de arbi.l.Si cuz dies.Si quis ex litigioribus.nec enim quicquid iudicis potestati permittitur iuris necessitatib⁹ subiectur vt.ss.de iud.l.non quicquid alibil lex dicit omnibus magistratibus concessum est iurisdictionem suam defendere penali iudicio nō dicit indictum vel in iunctum vt.ss.si quis ius dicen .non ob.l.i.in pris & facit ad hoc lex.C.q̄o & quando iudex.l.i.& hec vera sunt q̄uis quedam argumenta in contrarium allegentur naz ita debet vñ audiri.vt alteri preiudicium non fiat.vt.ij.q.ijx.c.vlti. Item ita defendendum est vni persone vt alteri debitū iusticie non subtrahatur vt.C.de statuis & yma.l.virtutū ad idem .ij.q.vij.q̄ ritur.xvij.q.vij.decimas.Sed lex quedā multuz obstat vide tur que dicit q̄ si iudex condemnationem pretermiserit expē sarum.de propria substania compellit resartire.s.si non conde nauerit contumacem vt.C.de iudi.l.scimus in fine. Sed iudex illa loquitur in actore contumace qui postmodum venies a diri non debet.nisi reo restitutis expensis vt.C.q̄o & quando iudex in aug. qui semel.C.de bonis auc.iud.pos.in aug. & q̄ iurat. Sed instabis.quare aliud in actore q̄ in reo cū equalitas iudicio sit seruanda.vt.C.de fruc. & liti.ti.l.vlt.C.de preposito sacro scrinio.l.in sacris. Id quod r̄no.verum est q̄ actori nō debet licere qd̄ reo non licet.vt.ss.de re.iur.l.non dz. Sed q̄dam concedunt reo que non permittunt actori.naz plures dī lationes dantur reo q̄ actori.vt.ss.de fer̄hs.l.vlti. Item vbi obscura sunt iura partiu⁹ pro reo pronuntias.vt.j.de proba.ex litteris.j.de fide instru.inter dilectos in fi.j.de re.iur.estote.po test delegatus a papa cōmittere yices suas cui vult. & compel lere quem vult recipere cōmissionem.mullo personaruz causa rum habito respectu.vt .C. qui prosua juris.l.i.in fi.j.eo.ti.pastoralis.ss.de mune. & bo.l.numey.S.iudicandi.dummodo qd̄ committitur pertineat ad iurisdictionē cōmittentis vt C.q̄ pro sua iurisdi.l.i.in pris. Ordinarius aut̄ non pōt cogere hominē non sue iurisdictionis recipere suam cōmissionē vt.ss.de iurisdi.om.iud.l.vlti.compromissum autem non cogitur quis recipere.vt.ss.de arbi.l.ij. Item aduocatus non cogitur exercere officiū aduocationis alibi q̄ in foro suo.vt.C.de aduoca diuersorū iudi.l.scimus in fine.

**C**on officio legati. R̄ica.

## **Via officium legati**

simile est officio delegati quis illud sit lati⁹ ⁊ ge-  
neralius. ideo post officium deleg. sequitur hic  
de officio legati. ¶ Videamus ergo quis sit le-  
gatus. qd sit legati officium. quanto tpe durat. ⁊ qualiter finia-  
tur. ¶ Legatus est is cui certa patria vel provincia gubernia  
da cōmittitur vt. j. de ap. nouit. per litteras autē fidē de sua lega-  
tōe faciet si exigatur vt. C. de man. pī. l. vna. Officīū legati ali-  
ud est an ingressū in puincia sibi decretā. aliud post igrēssū. ⁊  
aliud post egressum. Officīū legati ante ingressum puincie in  
voluntaria iurisdictōe cōsistit. scz in predicando. ⁊ in absoluedo  
excoicatos pp manus inlectionē in clericos moachos vel con-  
uersos vt. j. eo. n. qd translatoēm. j. de sen. ex. ad eminēriā. Cir-  
ca h̄ tñ triplex genus legatorū distingue. Nam legati q de late-  
riti pape mittūt possunt absoluere hōines sue puincie ⁊ alte-  
rius cuiuscūq in puincia ⁊ ex puincia. Legati q ex ipsius late-  
re nō mittūt. vt cū papa non cardinalē vel alii officiale curie.  
sed prelatū aliquē i legationē mittit. talis nō absoluuit nisi puin-  
ciales ⁊ in pulicaria institutos. alios et puliciales alibi q i puin-  
cia nō absoluunt. Tercij generis legati q ecclesiay suaz pte.  
tu legatōe fungūt vt. j. e. ti. c. i excoicatos hmōi nō absoluūt.  
vt. j. e. ti. excoicatis. Primitus igit̄ legas ex ipso legatōis officio  
iā hoc līcē incepit. vt in dec. qd trāslatoēz. sic ⁊ p̄cōsul ante q in  
grediat. puincia vit̄ p̄consularib⁹ insignijs ⁊ voluntariā iuris-  
dictōez nō cōtentiosaz exercet. vt. ff. de offi. p̄con. l. i. t. ij. Re-  
cete autē legat⁹ faciet in p̄missa denūciatiōe ⁊ p̄ ea p̄fē provincie  
intret. q quā ali⁹ igredi p̄suererūt ad istar. p̄consulūt vt. ff. de offi-  
cio p̄cosu. l. obseruare. i ver. recie. ⁊ in ays. de admīstra. S. illis  
aut. colla. vij. Itē legat⁹ ante q intret. puincia nō potest iurisdi-  
ctionē suā in provincia demandare. nisi necessitatī causa vt si  
moram necessariam in itinere patiatur. vt. ff. de offi. p̄con.  
⁊ legati.

7 lega. l. obseruare. s. post bie. t. s. sed si ante. t. l. aliquando. hodie tamē semper. t. indistincte hoc licere videtur vt in aut. de colla. s. anteq. vero colla. ix. t. idem dici potest in prelato cōfirmato t. maxime consecrato ad ecclesiam transmiso. anteq. dioceliz ingrediatur. In hac tamen iurisdictionis demandatione excipiuntur ultimum suppliciū. t. mēbi abscissio. t. eodez modo dici posset legatum non posse cōmittere causam depositionis. vel perpetue amotionis. Nam amotus dicit abscindit vt. j. de excel. prela. grauez. cetera posse anteq. ingrediatur vt dictum est. **T** Ingressus autem prouinciam exercet omnia q̄ exerce ipse q̄ eu trāmissit. p̄ter ea que specialiter sumo. Ido tifici reseruantur. que quibusdā versibus continentur. restituit papa. z. c. vt no. s. de transla. prela. s. pertinet autem. sunt t. quedam alia que sibi papa reseruat in signum priuilegiū singulare. que legatis non cōpetunt vt siuas delegatorum iudicuz reuocare vt. j. eo. t. i. studiū. t. retractare negocia trāslata ad suū periorē per appellationem vt. s. de appell. constitutis. vel per relationem vt. j. eo. t. i. l. promittere nō vacantes vt. j. de p̄ben. dilectus. dispensare in beneficiis curam animarū habentib. t. in personatibus vt. s. de elec. dudum. **T** Itēz dispensare cū filiis sacerdotum vt ecclesiās habeant quas patres eorum siue medijs habuerunt vt. s. de filiis presby. dilectus. **T** Item officium legati est audire causas prouinciales que ad ipsum referuntur per appellationem vt. j. eo. t. i. c. j. t. i. q. v. decreto. an autem ad eum per querelam deferri possint negocia dubitac. Et est certuz q̄ si quis conqueratur de alio Romane sedi imediate subiecto. legatus est iudex competens vt. x. q. j. peruenit. Allorum vero cause habentium iudices ordinarios in prouincia deferri ad legatum nō debent per querelaz vt videtur. vt. j. eo. t. i. peruenit. sicut nec ad metropolitānum deferuntur per querelam vt. x. q. iij. conquestus. nec obstat j. eo. t. i. c. j. illa enī loquitur in eo qui erat ordinarius t. legatus priuilegio ecclesie sue. vnde cum ratione ordinarie iurisdictionis cause ad eum deferri deberent per appellationez. nihil adderet legationis officium. si etiam per querelam non defereretur. vt ergo aliquid ex delegatione addatur hoc inductum est sicut dixi ar. ad hoc. ff. de vnu. l. si stipulatus. ff. dele. j. l. si quādo quis in p̄n. ff. ad municipa. l. j. in fi. quidam tamen intelligunt illaz decreta. puenit si defensore nō in legato vt. i. legato cogēte subditos platoz cōqueri coram se suis ordinariis p̄termissis t. cōtemptis. p̄sen tūtū autem de plano q̄ ad delegatos deferri cause valeant tā per appellationem q̄ per querelam. omissis medijs. t. in hoc hodie consuetudo concordat. iuuatur autem consuetudo vni ca ratione quia legatus fungitur vice pape. ad papam vero recurritur omissis medijs per querelam vt. j. de foro compe. c. vltio. t. ppter hoc Roma dicit cōmuni patria. vt. ff. ad municipa. l. roma. t. per appellationem similiter omissis medijs vt. i. q. v. si quis vestrum. t. c. sequētibus. j. de appe. si duobus quod in alijs nō cōtingit vt. vii. q. v. quisquis. t. q. vii. metropolitane. ix. q. iij. conquestus. j. de appell. dilectus. Sed impugnat ex decreto peruenit. **T** Item ex legibus que dicūt causas ad principem per querelam non debere deferri omissis medijs. vt. iii. aut. de mādat p̄nci. s. si tibi. collatione. iij. in aut. vt differen. iudi. s. si quis vero estimans. coll. ix. Et ad ratione p̄ parte aduersa superius allegata. s. q̄ legatus fungitur vice domini pape posset taliter responderi. q̄ hoc non est verum i bis in quibus propter excellentiam dignitatis frangitur ius p̄missione. vt est in querela t. appellatione per quas cause deferuntur ad Papā medijs p̄termissis. Et nota q̄ siue per appellationem causa deferatur ad papam legatus se intromittere non potest nisi forte causam examinet. vt eam magis instruetaz ad superiorē transmittat. vt. j. de appell. cōstitutus. siue per relationem vt. j. eo. t. i. licet. C. de appell. l. et eo. t. idem si per querelam transferatur aliqd negocium ad audiētiam pape vt. i. q. vi. quo. t. c. anteriorū. s. ad hoc. t. idem est in postulatione por recta vt. s. de postu. in secunda bone. In his enī omnibus expectanda est superioris iussio. decisio vel responsio vt. i. q. vi. multum. iij. q. vi. decreto C. de rela. l. iij. q. vi. deniq. **T** Itēz officium legati est transserre abbates ecclesie romane. immedia te subiectos vt. s. de consue. cum venerabilis. **T** Sed nunqđ legatus concilium facere potest. Et videtur q̄ sic particulare non generale vt. iij. di. s. p̄no t. vii. distin. regula. multa enim concilia particularia inueniuntur celebrata sine presentia domini pape presente legato Roma. sed s. vt. xvij. dist. sexta. lxij. dis. c. q. t. i. q. vii. p̄ueniensibus. Sed huc. Jo. t. Lau. scripserunt contrarium. dicentes legatum Roma ecclē. concilium celebra re nō posse nisi ad hoc specialiter destinetur vel nisi hoc ei spe

galiter cōmitatur. t. s. in hoc intelligunt omnia iura inven tia legatum concilium facere posse. talis enim legatus facere potest concilium generale. si de generali ei specialiter fuerit in tunc. vel particulare si de particulari. t. hec opinio dupli catione munitur. Una q̄ priuilegium de concilio congregando sibi romanus p̄tis ex specialiter reseruauit vt. i. q. vj. Ideo t. alia q̄ mandata iurisdictione generali non transit potestas concilii faciendi vt. ff. de officio eius cui man. est iurisdic. l. i. s. impugnatur ynicia t. vrgenti ratione. nam metropolitanus t. p̄mas faciūt sua p̄cilia. p̄cialia t. p̄icularia. p̄po iure vt. xvij. di. c. j. t. distin. xij. siq̄s episcopus. vocatis suffraganeis vt. xvij. dist. in multis. c. ibi positis. t. j. de accusa. t. inquisi. sicut olim. t. episcopus facit suam synodus episcopalem cum suis clericis. vt. xxxvij. di. quādo t. xn. q. q. placuit t. c. episcopus. nunquid ergo his omnibus inferior erit legatus Romane ecclesie i po testate concilij celebrandi. certe non poterit igitur legatus concilium facere particulare vel prouinciale cum episcopis protin cie sibi decree. t. in eo constitutiones edere t. statuta que per petua erunt vt. j. eo. c. v. Non obstat. c. superius alle. q. o. vi. iō nam illud intelligo in cōcilio generali vel yniuersali quod fieri habet vocatis episcopis diversarum prouinciarum. Similiter non obstat lex alleg. ff. de officio eius cui man. est iurisdic. nam illa loquitur in alio concilio vt. in concilio in quo. s. agitur de au citoritate manūmittendi que non transit mandata iurisdictionē a preside vt. ibi dicit. quia nec mādante preside aliis tutorē dare poterit vt. ff. de tuto. t. cura. l. nec mandante. securis in subente vt. insti. de attila. tuto. s. sed hoc iure. differt enim iussus a mādato. vt. C. qd̄ cum eo. l. etiam t. l. si mandator. Iussus enim importat necessitatem vt. in ang. vt. ill. iudi. s. t. hic vero iubei mus. col. ix. mandatum. liberam obsequiū p̄stionem vt. isti. manda. s. mandatum. Nam mandatum ex officio t. amicitia traxit originem vt. ff. manda. l. i. s. j. vel loquitur de consilio vt. concilio in quo agitur de approbanda vel reprobanda causa manūmissionis faciende a minore. xx. annorum vt. insti. ex qui bus cau. ma. pos. vel non pos. s. eadem. Item possunt legati cō ferre beneficia que inueniunt vacātia in prouincia. t. ecclesiās vacantes de rectoribus ordinare siue illi ad quos ius pertinet conferendi iam illud admiserint vt. s. de supplen. neg. p̄elato. litteris. siue nondum. nec impedit legati collationes ius patro natus clerico pertinens clercatus ratione. q̄ cū plus iuris ha beat in conferendo prelatus t. hoc non impedit legatum cō ferre volentem q̄ patronus in p̄sentādo hoc minus impedit vt. j. eo. t. dilectus. securis autem si ius patronatus spectet ad clericū siue layū patrimonij iure vt. j. de iure patro. cum dilectus. **N**minus enim potest absorbere legatus ius patrimoniale aliquis q̄ ecclesiasticum. nec obstat his que dicta sunt. j. de appell. c. j. illa enī decre. non loquitur in legato transmiso ex latere domini pape. Sed in eo qui priuilegio ecclesie siue fungitur legatioē qui liberam collationem non habeat ecclesiārum illarū. in q̄ bus instituēndi ius vel presentādi ab alijs posside tempore fa ciēndi alterutrum a iure indulto nondū elapso. **T** Durat autē iurisdictionē legatorum q̄diu durat tempus eis a superiorē p̄fīxum vel q̄diu non fuerint reuocati. **T** Finitur autem iuris di cōtio quattuor modis. Tempore. si tempore fuerit legatio limi tata. reuocatione sed tunc finitur legatio non iurisdictionē in causis iam ceptis quas etiā post reuocationez potuerunt per alios terminare vt. j. eo. t. i. c. vltimo. Item morte alterutrius. l. mit tentis vel eius qui missus est. Sed in hoc casu mortuo mittentis t. si delegatio firmatur iurisdictionē tamen non finitur i nego cōtis inchoatis t. idem puto cum tempore legatio terminetur. Nec obstat. s. t. prox. consuluit. illa enim loquitur cum cause cognitio tempore limitatur securis vbi legatio vt. dictum est. **T** Item finitur legatio per egressum quod intelligo cum le gatus siue legationis egreditur non regressur. nam si egre ditur vt. statim regrediatur iurisdictionē intermititur non finit. quis nec egredi videtur vt. ff. de diuor. l. diuorium. ff. de i re verso. l. si pro parte. s. versum. Sed t. si per egressum legatio finitur. durat tamen iurisdictionē demandata in causis iam ceptis ante egressum ceptas autem causas t. per hoc iurisdictionē nem per perpetuam intelligo. s. per solam citationem vt. j. eo. t. i. c. vlti. t. s. titu. prox. gratum. **T** In summa notanduz est q̄ lega tus dum legatione fungitur inuigilare debet non bis que sua sunt. sed que ihesu xp̄i saluti t. edificationis clericali ac populi si stere. nec in procuratiōnibus grauare subiectos. ne longitēn poris questuz breuis hora consumat vt. j. de censibus. cū apls. Prādia ipsius nō sint enormia sed s. in mediocritatē enī sc̄iūtus loci vt. x. q. iij. c. vltimo. Sic agens vt nulla ecclēsia seu p̄

satus se indebit pregraui rationabiliter queratur ut. s. de censibus cum instantia. s. sane, patiatur coniungi ecclesiis s. p curando que per se singulariter non sufficiunt procurare vt. e. decre. cum instantia. s. si vero. s. de prescrip. accedentes. de talibus quidem contributis licet viuire non de symbolis vel consertis vt. xliij. di. no oportet. t. c. non liceat. p. t. vt breuiter transam si in aplorum loco sunt legati non solum sermonem eorum imitantur sed conuerstationem et abstinentiam vt. xxv. di. ecclie principes in fi. illa que circa materiam istaz dicenda videntur. dicaz competentius. s. de censibus. ¶ Item notandum est qd leg. auctor transmissus ex latere domini pape in quatuor excedit legatum qui priuilegio ecclie sue fungitur legatio. Primo quia presente transmiso alius ob reuerentiam maioris non exercet legationem vt. s. c. volentes. Secundo in absolutione excommunicatorum vt no. s. eo. ti. s. officium. Tertio in collatione eccliarum vacantium vt no. s. eo. ti. s. Itz pos sunt legati. Quarto in procurationibus. Non enim ita procuratur ille qui ordinarius est et in domo sua consilii sicut transmissus. Qualiter autem ordinarius procurandus sit dicam. s. de censibus. Item legatus qui de latere domini pape transmittitur excedit legatum qui transmittitur sed non de latere transmittentis in uno. s. in absolutione excommunicatorum vt supius dictum est. s. officium et forte in alio. qd non inuenio qd legatus priuilegio ecclie sue non exerceat legationem suam nisi presente legato ex latere domini pape transmiso. de talis enim loquitur s. eo. ti. volentes.

¶ De officio ordinarij. Rca.

**Item supra** de officio de legati et lega tu. restar dicendum de officio ordinarij. et iō subiicitur hic hysca de officio iudicis ordinarij. ¶ Ali deamus igitur primo quis sit iudex ordinarius qd sit officiū iudicis ordinarij. que potestas. et quibus modis impediatur ordinaria iurisdictione vel finitur. ¶ Ordinarius iudex est qui a collegio eligitur et a superiori confirmatur. vt electus in epm. qd p confirmatione sortitur iurisdictione in oibus ppter ea qd maiore discussione exgrut. et mun⁹ pseccatois exgrut vt. s. de electi. tr. amissaz. Sunt igitur ordinarij prelati eccliarum vt. s. eo. ti. cum ab eccliarum prelatis. qui a collegiis elegantur et a superioribus confirmantur vt supradictum est. Hoc enim fallit in duobus casibus in quibus electus ante confirmationem administrat et iurisdictionem exercet. In electro in sumum pontificem qui statim administrat. et hoc ideo quia superiorum. immo parem non habet vt. xxij. di. in nomine Domini. s. de elec. licet. Item fallit in electro concorditer ultra plenam constituto et romane ecclie immediate subiecto. in quo bectria faciunt qd in alijs operatur confirmatione. preter actum alienandi vt. s. de elec. nibil in fi. et secundum hoc intelligo. s. d. iudi. decernim⁹. xv. q. iij. c. i. sunt ordinarij electi ab uniuersitatib⁹ vel corporibus laycorum. vt in aug. de defen. ciui. s. nos igitur colla. iij. C. de iurisdi. om. iudi. l. vlti. ¶ Ordinarij iurisdictionem confert consuetudo vt. C. de emancipa. l. j. ar. ix. q. iij. conquestus. qd intelligo in consuetudine prescripta. vel in ea cuius memoria non existit. vt no. s. de offi. archi. circa finē illius. Confert etiam ordinariam papa vel princeps qui est lex animata. vt in aug. de consul. in fi. unde quo ad iurisdictiones ordinarij conferendam equipollent lex animata et inanimata. et sic intellico. ff. de iurisdi. om. iudi. l. et qd verum est cum papa vel princeps non unam vel duas vel. x. causas alicui committit. sed uniuersitatem caesaruz. unde camerarium. vicecancellarij auditorem ptradictarum. et auditorem camere ordinarios pto. ¶ Hec autem in qualitate iudicis ordinarij attenduntur. Coditio. sexus. etas. discretio fama. Coditione ne sit seruus vt iij. q. viij. s. tria. Sexus ne sit feminus. vt. xxij. q. vlti. mulierem. Etas requiritur. vt sit maior virginis annis. vt. ff. de arbitris. l. cum lege vel ad minus. xvij. vt. ff. de re iudi. l. quidam consulebant. et hoc locum haberet etiam in delegato vt. s. de officio lega. cum vicesimum. Discretio. ne careat iudicio id est distinctione vt. iij. q. viij. s. tria. Fama ne sit criminosa. i. infamis vt. iij. ques. viij. infamis. s. tria. Infamia tamen licet faciat ne ordinarius possit iudicare de merito vite. sua tamen infamis iudicis vel criminosi tener. nec repelli potest ordinarius propter talia a iudicando donec tolleratur in officio suo vt. viij. q. iij. nonne Sed delegatus potest repelli per exceptiones vt. s. de rescriptis. scisciat. ¶ De episcopis dubitatur an sunt ordinarij iudi-

ces et similiatate monachorum vel monachi medios habeant scilicet abbates quibus demū negligentibus iurisdictione sua possint in monachos exercere. Et est dicendum qd et si ad abbates spectet claustralis colectio. ad episcopos tamen pertinet iudiciorum tribunale. C. de emen. ppn. l. vna. C. d. patria pt. l. iij. t. s. eo. quāto t. x. q. j. de persona. C. de episco. et cle. in aut. causa que fit cū monacho. in aut. apud quos oportet mo. causam dicere. s. j. coll. vi. vel dici potest qd prima correctio monachorum pertineat ad abbates. qd hoc est generale vt quilibet prelates in suos subditos sua iurisdictione utatur. siue sit abbas siue sit prior vt. s. de emuni. ec. non eo minus. s. de ma. et obe. cū in ecclias. Sed eis non corrigentibus vel forte corrigere non valentibus succedit episcopi vt. s. eo. ti. quāto nihilominus dico qd episcopi sunt ordinarij monachorum et si habeant medios coadiutores. ¶ Item queritur etiā de metropolitano an sit iudex ordinarius in tota prouincia et quo ad episcopos suffraganeos et quo ad suffraganeorum subiectos. Sed habet medios. Lepiscopos per quos quasi per gradum cause deserunt ad eum ab audiencia suffraganeorum suorum. quandoq; per appellationem quādoq; per querelaz. vel per alios modos vt. ix. q. iij. c. i. j. t. iij. Ea vero que statuz prouincie contingunt ad metropolitanum pertinent vt. ix. q. iij. archiepiscopus. Est igitur ordinarius competens iudex episcoporum suffraganeorum vt. iij. q. viij. metropolitano. x. q. iij. quia cognovim⁹. In aug. de sanctis. episco. s. li autem. Eorum autem qui suffraganeis subsunt est index ordinarius. sed non competens. nisi in certis casibus. vt. s. eo. ti. pastoralis in pn. scilicet in. viij. casibus. Primus est cum per appellationem desertur ad eum aliquod negotium vt. s. eo. pastoralis. Secundus cum per consultationem vt. xvij. distin. multis. Tertius cum per negligentiam episcopi vt. ix. q. iij. cum simus. s. eo. ti. c. ad repn. nendum. s. de sen. ex. per tuas. s. de offi. delega. prudentiam. s. sextam. Quartus cum per discrepancym in officijs vt. xij. dis. de his. Quintus per questionem inter episcopum et subiectum ipsius ut superius dicitur est. Sextus per episcopalis ecclie vacationem vt. xij. ques. qd non liceat alicui metropolitano. Septimus per duorum contenciosam electionem vt. lxij. di. c. vltimo. Octanus et generalis. s. si p̄sca consuetudo plus ei contulit an antiqua vt. ix. q. iij. conquestus. s. eo. ti. duo. ¶ Sed queritur an episcopus eode modo se habeat circa subditos suorum prelatorum quos h̄z sub se in sua dyocesi. vt cause subditorum per illos prelatos medios quasi per gradum transferantur ad eum sicut dictum est. s. in metropolitano. respectu suffraganeorum. Respondeo non. omnes enim causae clericorum apud episcopū quasi apud maius tribunal tractari debent. vt. ff. de iudi. l. iudicium. xj. q. iij. qui resistit. et q. j. de persona. xxv. di. per lectis. s. de offi. archic. cum satis in aug. vt clericis apud proprios episcopos prius convenientur coll. vij. Sed iōanes et quidaq; alij dixerunt. qd si prelati inferiores ab episcopis per electionem et confirmationem seu p̄ consuetudinem habeant ordinariam iurisdictionem ep̄s non potest cognoscere de causis subditorum suorum nisi per appellationem vel alio legitimo modo transferantur ad eum. vt in metropolitano superius dictū est. sed circa hoc consuetudinem antiquā et approbatam attendo sicut plerumq; in consimilibus dico. Salvo tamē eo qd notau. s. de abbatibus circa monachos. ¶ Officiū prelati vel ordinarij iudicis est curia habere subditorum. vt. viij. q. j. qui episcopatum. singulos proprie iuvare. singulos relevare vt viij. q. j. clemens. Item largiam manū habeat necessitatem patientibus. cum curat alienam inopiam suam credit vt. lxxxvj. di. fratres nostrū. Adulteria et scelerata inquirat. et vlciscatur vt. s. eo. ti. c. j. si fuerint iudicario ordine cōprobata. alioquin occultos delinquētes nō nominat sed indeterminate arguer vt. s. eo. ti. si sacerdos. Condolet eis quos puniet. nam vera iustitia compassionem habet. falsa autem designationes vt. xlvi. di. vera iusticia. xlvi. di. hoc habet proprium. manus suas debet seruare mundas. nullumq; coniungere lucrum vt in aug. de man. pn. s. oportet coll. vij. iuxta illud. Si lis inciderit te iudice dirige libia iudicij. nec flectat amor. nec munera palpent. ¶ Huius enim a norma rei eti distorqt acumen iudicis. et terra iuoluit caligine mētē. Et alibi. Quod nō mortalia cogis auri sacra fames. Immo et qd recte iudicat et premium remuneracionis expectat fraudem in deo perpetrat quia iusticiam quā gratis impartiri debuit acceptione pecunie vendit vt. xj. q. iij. q. recte. ¶ 3 in adiuvato venēde iustū p̄cōnīū et assessori iustū p̄cōnīū vt. xj. q. j. ii dī. xij. q. v. non sane et spē premiorū invitandus est assessor vt. C. de assel. s. l. j. sallarij debet habere vt. ff. de offi. assel. l. diem functo

Sed de

**C** Sed de expensis iudicū videamus, et est certū q[uod] legati exi-  
gunt suas procurations vt diximus. s. n. prox. Belegati licite  
petunt expensas, nec ideo minus gratis iudicant, nam et testi-  
bus promidetur vi expensis, nec ex hoc minus gratis testificā-  
tur. vt. iiiij. q. iij. s. Item in criminalibus in versi. venturis. Ne-  
mo enim tenet proprijs stipendijs militare. vt. j. de symo. cū  
sit romana. xxvij. q. i. am nunc in fine. Nunera autem pro-  
hibent, non sumpt. vt. j. q. i. iudices. Unde licite sumit utrū escu-  
lentum et poculentum vt. ff. de offici. presi. l. plebiscito. et modi-  
ca encenia non sunt lucra, ita vt neq[ue] omnia neq[ue] semper neq[ue]  
nulla. neq[ue] nunq[ue] neq[ue] a quolibet neq[ue] a nemise accipiat. s[ed] hoc  
totum cum moderaria et discretione faciat. vt. ff. de offici. pro-  
con. l. non solent. s. penulti. et vlti. vt litigantibus damna gra-  
via non infligant. vt. x. q. iij. illud. **C** De ordinario autem vide-  
tur q[uod] non debeat habere expensas, cum certa sint ei stipendia  
constituta. vt. xxij. q. i. militare. Inimo cuj[us] proficitur illa expe-  
dere debet que domini expenderet vt in aug. de man. p[ro]p[ri]o. s. illud.  
Sit igitur contentus his que a fisco prestantur. vt in aug. ius in  
ran. quod presta, ab his colla. iij. Certe tamen casus sunt in iure  
expressi in quibus ordinarius licite petit sumptus vt in cōsecre-  
tionibus ecclesiarum. et in visitationibus. vt. j. de symo. cum sit  
Romana. et j. de censibus. s[ecundu]m. et j. de prescrip. cuj[us] ex officijs  
alias n[on]b[ea]t. nisi quod a ure expressu est. vt. xvij. q. iij. hoc  
tm. De consuetudine tamen tam prelati q[uod] primitati cuj[us] pro cau-  
sis cōmissis profiscuntur exigunt omnes expensas, nec con-  
tradict. j. de vita et bo. cle. cum ab omni. Illa enim non iterdiē  
sumptus, sed conuentione de certa parte litis, que interdicte  
procuratori vt. ff. de pac. l. sumptus. ff. manda. l. lalarium. C. S  
procu. l. item. C. manda. l. si contra lictum, qui interdictur et  
fideiussori promittendi iudicatum solui vt. ff. man. l. si remune-  
randi. s. vlti. **P**otestas ordinarij potissime circa tria versa-  
tur. correctionem. iudicium et animaduersiōnem et bis verbis  
satis cōuenienti verba canonis. coherce. corripe. ex cōmunicā.  
degrada. vt. xxij. q. iij. forte in fine. coherce monendo. corripe  
suspendendo. et haber locum hic ordo cum quis puniendus ē  
pro contumacia. seclus si pro criminē. tunc enī pena incipit de-  
gradationē. et finitur in ex cōmunicatione. vt. lxxij. di. dictu. j.  
de iudi. cum non ab homine. in contumacia vero incipit ab ex  
cōmunicatiōe. et finitur in depositionē. vt. lxxij. di. quoru. daz  
et lxxij. di. honoratus. alijs tamen verbis vtitur apls. Et gue.  
obsecra. icrepa. in omni patientia et doctrina. Et gue de pecca-  
to. obsecra pro iustitia seruanda. increpa timorem diuinū iudici-  
cis cōminando. sed hec locum habent in occultis peccatis et in  
iudicio anime. vt. iij. q. j. Si peccauerit in fine. Debet autē iudex  
in correctione beniuolus esse. vt. xl. di. licet. in iudicio iustus vt  
iij. q. viij. iudicet. in animaduersione misericors vt. xl. di. vera.  
**C** Impeditur autē iurisdictio ordinarij per suspensione[rum] ordi-  
narij si ab officio suspendatur. Item per ex cōmunicationem.  
q[uod] suspensu ab officio intelligo suspensum ab ordinaria po-  
estate. et ex cōmunicatus ex cōmunicare non potest vt. xliij. q. j.  
audiuimus. nec alias iudicare vt. j. de sen. et re iudi. ad proban-  
dum. Si vero ordinarius sit alias in mortali criminē constitutus. et si de merito vite iudicare non possit vt. iij. q. viij. qui sine  
peccato iudicet. et c. sequētibus. de potestate tamē iurisdictiois  
potest q[uod] diu fuerit tolleratus iudicare vt. ix. q. iij. nonne. In his  
autem casib[us] ipeditur iurisdictio ordinaria vniuersaliter. In  
specialib[us] vero in negotijs impeditur per alios modos p[ro]pter  
suspensionem et ex cōmunicationem. s. per appellationem recu-  
sationem. et relationem ad superiorem negotijs reuocationem.  
per alijs factam cōmissionē. et per alios modos quos per se no-  
tare potest quilibet studiosus. **C** Finitur autem iurisdictio or-  
dinaria quo ad personas quatuor modis. morte. dispositione.  
translatione dignitatis renunciatione. quo ad personam ideo  
dicit q[uod] vacante ecclesia localiter et casualiter de consuetudine  
residet iurisdictio ordinaria penes collegiū vt. j. de ma. et obe.  
cum olim. j. de here. ad abolendum. viij. q. j. pontifices et ar. s.  
de consuetu. cum inter vos. et j. eo. irrefragabili. non tamen in  
omnibus quia non in collationibus prebendaruz vt. j. ne sede  
va. illa. bene autem dixi. de consuetudine nam alias de iure cō-  
muni soli prelati qui per electionem assumuntur iurisdictiois  
habeunt vt nota. s. eo. ti. in p[ro]p[ri]o. **C** In summa notandum est q[uod]  
et si superior mādet ordinario. vt id faciat quod alias ex officio  
suo facere posset. ordinarius non semper id exequitur vt dele-  
gatus ratione mandati. sed plerumq[ue] vt ordinarius iure ordi-  
narie potestatis vt. j. eo. ti. licet et c. graue. sepe enī ordinarij  
procurant sibi mādari ea que ipsi suo iure facere possunt vt cu[m]  
majori libertate et excusatione eadem exequatur vt. xij. di. quis

nesciat. **C** Item sepe superior non intendit cōmittere. vnde ei  
cui scribitur non imponitur necessitas suscipiente cognitionis  
sed potest si vult cognoscere. potest etiam alteri delegare vt. ff.  
de offici. presi. l. sepe. licet et cause appellationum cum remittun-  
tur ad examen priorum iudicū non cōmittuntur vt. j. de ap-  
pella. vt debitus honor. Que autem ad ordinariam iurisdictio-  
rem pertineant legitur j. eo. ti. conquerente. Solent tamen di-  
stingui due leges quibus ecclesie subsunt episcopis lex dyoce-  
sana et lex iurisdictionis. Lex dyocesana in his consistit. in ca-  
thedralico exigendo. Item in tertia vel in quarta oblationu. s.  
Hac lege subsunt omnes ecclesie preter monasteria. vt. xvij. q.  
iij. cum pro utilitate. x. q. iij. inter cetera. xvij. q. iij. q[uod] sit. Capelle  
tamen monachorū subsunt huic legi vt. j. eo. ti. conquerente  
xvj. q. iij. statuendu. nisi monasteria essent exempta cum capel-  
lis suis vt. j. de priuile. quoniam. et c. cum capella. et ar. xvij. q. iij.  
vllis. j. de capel. mo. in ecclesijs. Lex iurisdictionis est quoddā  
ius ex quo episcopus habet conferre omnia sacra. cognoscere  
de causis. coercere delicta. H[ab]it[us] legi subsunt et seculares ec-  
clesie et monasteria. vt. l. di. accedens. xvij. q. iij. hoc tm. xvij. q.  
pm. inter dicimus et eorum capelle. vt. j. eo. conquerente. et om-  
nes ecclesie site in dyoce. vt. xvij. q. iij. omnes basilice. q[uod] autem  
dixerit monasteria exempta a lege dyocesana. servit tamen  
que ab antiquo prestare cōsueuerunt. prestabunt vt. xvij. q. iij.  
servitum. et censum statutum vt. vt. xvij. q. iij. eleutherius. hoc  
etiam notabis q[uod] licet distinguam duas leges. dyocesana et  
iurisdictionis. frequenter tamen una ponitur pro altera. vt. j. de  
prescrip. audit. j. de regul. et transi. ad reli. ex parte. j. de in-  
teg. resti. audit. exigit igitur episcopus a cunctis ecclesijs sue  
dyoce. preter monasteria sicut dictum est cathedralicum sue  
synodaticum. Elocatur autem cathedralicu. eo q[uod] ob bonis  
rem cathedralre soluitur. synodaticum. q[uod] frequenter venientes ad  
synodum soluunt. qualitas cathedralici vel synodatici erit de  
iure duorum solidorum vt. x. q. iij. placuit. j. eo. ti. conquerente.  
et erunt visualis monete. vt. ff. de legi. l. numis. verius puto vt  
tam in qualitate q[uod] in qualitate pecunie inspiciatur cōsuetudo.  
**C** Dyocesani annuis vicibus suas dyoce. visitent. vt. x. q. i. de  
cernim. vel pluries si necessitas vel utilitas exigerit vt. xvij.  
ques. iij. visitandi. et non semel et in visitatione sua facient q[uod] do-  
cetur. x. q. iij. placuit. Sed et si viderint aliquos amouendos po-  
terunt amouere vt. s. de rescr. dilectus. sed cum in monaste-  
riis officium visitationis impendunt non introducent secū cler-  
icos seculares nisi duos vel tres. et illos in decēti habitu vt. j.  
eo. ti. vt iusta. **C** Itē notabis q[uod] potestatem absoluendi excom-  
municatos proper injectionem manuiz in clericos violentas  
que ex officio cōpetit ordinario in specialibus casibus potest al-  
teri delegare vt. j. eo. ti. c. vlti. hoc ideo dico. q[uod] potestas absolu-  
tūd[is] tales ex cōmissione competens alteri cōmitti non potest.  
vt. s. de officio dele. c. vltimo.

**C** De officio iudicis. **R**ica.

**R**actatū est supra singulariter  
de officijs dignitatis  
et de offici. iudicium. et quid ad singulos perti-  
neat ratione officiorum. quid ratione iurisdictionis  
delegate vel ordinarie. hic autem indistincte  
et ideterminate tractatur de officio iudicis. nec exprimitur cui-  
ius. delegati vel ordinarij. eo q[uod] qdā de qb[uod] sub R[ic]a. et acta  
cōmunita sunt cūlibet iudicū delegato q[uod] ordinario. vt da-  
re aduocatuz non habenti. vt. j. eo. ti. c. i. resti. et c. penul. C.  
vbi et apud qnē in int. resti. postu. l. vlti. et propterea sic simpli-  
citer intitular R[ic]a de officio iudicis. **C** Videamus igitur  
quid sit officium iudicis. in quibus locum habeat. Item quan-  
do deseruiat actioni. et quādo iploretur et intētetur loco actionis.  
**C** Officiu iudicis est p[ro]t[er]as iudicis a iure sumpta. H[ab]et  
autem locum officium iudicis tam in his que ante iudicu sunt  
sunt tamē iudicij preparatoria. q[uod] in his que in iudicio facienda  
occurrunt. **C** Ante iudicu vt habeat publicā personā si pot.  
aut duos viros idoneos q[uod] fideliū vniuersa iudicij acta p[ro]scribat  
vt citationes diligentes et c. vt. j. de p[ro]ba. q[uod] corra fallam. Circa  
edicta mittēda ad loca i quibus rei morantur vt. j. de appell. cu[m]  
parati. j. de dolo et contu. cum oli. si inuentri possunt vt. j. q. ma.  
accu. pos. relatum. alioquin mittentur ad domos vel ecclesijs  
eorū vt. j. de dolo et contu. cām. ff. de liberis agnos. l. j. in p[ro]p[ri]o. ff.  
de dāno insec. l. iij. s. pretor. xvij. q. iij. s. potest in v[er]is autē. j.  
de dolo et contu. contingit. et c. vlti. j. de cle. non re. ex tue. vel  
dij

denunciat cognatis et amicis ut absente defendant vel venire procurent. ff. ex quibus cau. ma. l. ergo. ff. quibus ex causis in posses. ea. l. hic autem j. qui si sunt le. platum. Circa dilectiones indulgentias pro condicione cause tempis vel persone ut his consideratis iudex ordinem edictorum vel cōpendium moderetur vt. ff. de iudi. l. nonunq. et ut per eas delegati iurisdictio nimirū non arctetur vt. s. de officio dele. consuluit. Et principales persone in iudicio cōparentes non per aduocatos sed per seiplos factum proponat. nisi forte adeo fuerint idiscreti. ut eorum defectus de iudicis licentia per alios suppleat. vt. j. de iudicis. pastoralis. Ut ponigantur libelli apti et conuenientes rei de qua agitur. alioquin iudex ex officio suo repudiet vel assessor. vt. j. de iudi. examinata. ff. si mes. fal. mo. dire. l. j. s. s. autem. C. ut nemo priua. predictis suis vel alie. titu. ipo. l. j. in si. et ff. de ass. l. j. vel qd sine scriptis agatur in spālibus casibus quos notabo. j. de libelli obla. Item ut per narrationem actoris et responsionem rei fiat contestatio litis. ut dicam. j. de litis contesta. c. j. C. eo. ti. l. vna. nisi agatur causa denūciacionis vel inquisitionis in quibus nec libellus porrigitur nec sit ptestatio litis. ut dicam. j. de accu. inqui. et denun. Item ut iuret de calūnia et de veritate dicenda ut. j. de iura. ca. Itē ut fiat positiones partium et interrogaciones iudiciales. Itē ut patienter audiat aduocatus ut. ff. de offi. procon. l. nec quicq. s. circa. Et supplet defectus aduocatorum in iure. ut. C. ut que desunt ad voca. par. iu. sup. non aut in facto supplet nisi de facto iudicili queat ut iudici et post lit. contest. Exempla de appell. l. amplio rem. C. de tempo. appell. l. j. s. vlti. Ideo autem ante lit. cōtest. iudex de facto supplere non potest. qd ante lit. cōtest. oia cōstat iudici. non ut iudici. sed ut priu. ato. et ideo dici consuevit qd ea q ante lit. contest. contingunt non pertinent ad officium iudicis ut ff. de edil. edic. l. ediles. s. item sciendum. Fallit in casu. Nam iudex ex officio suo repellit procuratorem militē. etiam aduersario suo faciente ut. ff. de procurato. l. filius. s. veterani. C. de p. cu. l. missitem. Sed illud contingit propter publicam vilitatem non obstat his que dicta sunt lex que videtur velle qd iudex supplet de facto et ante lit. contest. vi. ff. de peti. here. l. vlti. nā qd ibi dicitur et si non excipiatur. exponendus est sic. l. si non habebat locum dolle exceptio. satis tamē consulit officio iudicis et sic intelligo suppleri de facto et post lit. contest. s. de consuetu. c. vlti. j. de sen. et re iudi. cū bertoldus. j. de concess. pre. c. ex parte supplet aut iudex et ante siniam opponendo aduocatis et querendo a partibus. et sicut melius potest verum inuestigando ut xxx. q. vlti. c. vlti. supplet etiam et post sententia. ut in fructib. vt. ff. de re iudi. l. paulus. Item locuz habet iudicis officium in omnibus que post lit. contest. accidentur circa rem petitam vel continunt. vel si fructus ex ea percipiatur vel damnum ei detur. siue precium rei petite ad possessorem perueniat vel aliquid loco precij. que post lit. contest. accidunt valde pertinet ad officium iudicis ut. ff. de rei ven. l. non solum et l. Itē si verberatus. s. j. et C. de rei ven. certū est insti. de offi. iudi. s. post iecho atam. et s. eo quoq. noīe. ff. de edil. edic. l. ediles. s. scienduz. ff. de aqua plu. ar. l. si tertius. s. officiu. et ff. de vsl. l. j. Idem in dolo vel culpa seu negligētia admitti post lit. contest. sicut mis̄is probatur exempli ut. ff. de rei ven. l. qd petitor. s. j. C. Itē iudicis officio sit delatio iuramenti circa quantitatē expensarū vt in aug. de iudi. s. oī coll. vi. in quantitate dānorū ut. j. de his que vi me. ve causa si. c. vlti. C. vñ vi. l. si quādo. j. q. j. in pmis. C. Itē ex officio iudicis deserit iuramentum. qnq. actor. quā dogz reo. inspectis personarū et cause cōstātūs ut. j. de iure. c. vlti. de qua materia plenius tractauimus. Item ut certam serat sententiam. put potest ut. ff. de iudi. l. de qua re. et insti. d. actio. s. curare. C. Itē ut siniam executioni demandet si egeat executione. nam si in rei vindicatione pronunciaſ pro possesso cōtra petitorem absoluſ possessor nec est opus alia executione. si autem contra possesso pronunciauerit. subebit eum rem restituere cū fructib. vt. ff. de rei ven. l. ex diuerso. s. vbi autem. Sed si possessor neget se in p̄sentire restituere posse et sine frustratione videbit tempus restituendi causa petere iudiciduz est ei. ut tamen caueat de litis estimatione cū fideiſſore si intra tempus qd ei datum est non restituant ut insti. de offi. iudi. s. j. In personali aut actione d3 pronunciare absoluendo vel condēnando ut. C. de sen. et interlo. om. iudi. l. presens. Nō refert quibus verbis vtatur. nā siue dicat absoluo. siue dicat. mībi viderur tūcū nībil debere seyo. Item siue dicat condēno in decem siue dicat. p̄cipio seym dare decē. vel equispolita vba valer sinia ut. ff. de re iudi. l. in sinia de arbit. l. qd tamen s. sed arbiter. j. de verbo. signi in his. In his iſſe et plimilibus

de quibus exempli gratia aliqua super littera ipsa nota. iudicis officium ante litem contest. actioni deseruit sicut mercennarii et minister. et in tali iploratione officij non est facienda litis cōtestatio. eo qd facta vel facienda est in p̄ncipali cui per iplorationem officij deseruitur. sicut alias dicitur non esse facienda litis contestationem in causa appellationis si facta est in p̄ncipali. ut j. de appell. per tuas. Aliquādo deficiente actione cū nulla cōpetat actio ad hoc qd intendit iploratur iudicis officium. et tūc succedit loco actionis l3 non sit actio. ut cū peritur in integrum restitutio a maiori vel minori non distinguo. ut. ff. de mino. l. qd si minor. s. vltimo. In hac igitur iploratione officij que loco actionis succedit et procedit ut dictum est erit facienda litis contestatio ut. j. eo. ti. c. j. in pnci. Item iploratur officium iudicis p̄ncipaliter ad interponēdū cautionem. id est hoc solum agitur et peritur ut caueatur. ut cum perat legatarius sibi caue ri de legato prestanto. ut. C. ut in pos. legatur. l. j. ut cum vici nus petit sibi caueri de dāno infecto ab eo cuius domus mīnatur rumaz ut. ff. de damno infecto. l. p̄etor. ait. s. ei et l. dies s. hoc aut. Incidenter aut agit de cautione interponēda iudicis officio. ut ecce agebatur rei ven. coram iudice et re vſuca pta post lit. p̄tes. iubet iudex caueri a reo qd non ignorauerit vel non manumiserit si seruus vendicabat ut. ff. de rei vendi. l. si post suscep̄tuz. vel agis pigno. acti. iudex incidenter iubet creditorem cauere de dolo. ut. ff. de pigno. acti. l. creditor vbi ergo iudicis officium p̄ncipaliter intentatur nec de alio agitur nisi de eo qd per officium iudicis postulat. libellus porrigitur est. et litis contestatio facienda. vbi aut de aliquo p̄ncipaliter agitur et incidenter iploratur officium iudicis super aliquo faciendo super hoc qd per officium petit. litis contestatio locum nō habet ut. j. eo. ti. c. j. et propreterea locum officij iploratio non habebat. j. de appell. significante. qd cum canonici cōuenissent epis copum intelligo p̄nrecto libello. et agerent cōtra eum petitio dicentes qd in macellis eorū carnes vendi deberet. vnde episcopus iniuriose faciebat vendi in suis ut dicebant non poterunt quasi incidenter et per officium iudicis postulare qd p̄tebant p̄ncipaliter per libellum. s. ius vendendi reduci ad statuta antiquum nec mouet qd dicit ante lit. contesta. nam idem esset et post lit. cōtest. et ideo ponitur in littera p̄sertiz. Multa alia exempla ponni possent in quibus iudicis officium iploratur p̄ncipaliter taz in civilibus questionibus. qd in extraordinarijs criminibus puniendis. et in quibus incidenter siue ante lit. contest. siue post sed sufficiat superiora posuisse causa brevis et summarie doctrine. vnde alibi dicitur officium iudicis latissimum est ut ff. de iuris dic. om. iudi. l. j. eo qd ita late patet ut exempla qd ponenda occurserent numerari non possent.

C De maioritate et obedientia. Rīca.

## Ractaninus supra

de ministris. Sed qd ministrorum. quidam sunt maiores quidam minores. ad hoc enim dispensatio nis prouisio gradus diuersos et ordines constituit esse distinctos. ut dum reuerentia minores potioribus exhiberent. et potiores minoribus dilectionez ipenderent vera cōcordia fieret ex diuersitate cōtempio. non enim ecclesia alias subſtere poterat nisi bū⁹ magnus ea ordo seruaret qd celestium militiaz exēplar nos instruit. qd dum sunt angeli sunt et archāgeli in p̄tate et ordine diuersentes ut. lxxxix. di. ad hoc. et sic mēbri varietas p̄ diversa officia et robur coporis suat et pulcritudine p̄p̄t. ita varietas psonaz p̄ diversa nibilomin⁹ officia distributa et fortitudine et venitatem sancte dei ecclesie manifestat ut. lxxxix. di. c. j. Ideo post tractatuz ministroz ponit hic Rīca de ma. et obe. In hac igitur rubrica tractat de maioritate et minoritate ministroz et de obīa maioribus a minoribus ipendenda. C Videamus ergo quibus ex causis maioritas inter clericos attendatur. et in quibus obediētia p̄sistat. C Multo rītas cōsideratur ex quicq. causis. P̄tate siue iurisdictione. ordine. cōlecratione. antiquitate prerogativa ordinatī. Potestate siue iurisdictione qua p̄est archidiacaon⁹ archipresbytero ut. s. de offi. archi. c. j. Ordine quo p̄est presbyter dyacono ut xciij. di. legitimus in si. dyaconus subdiaconus et sic deinceps ut. xcij. di. a subdyacono. et hec duo mēbria probantur uno. c. lxxix. di. ad hī si. Cōlecratione q̄ p̄est eps presbytero ut. xcij. di. oī. eps. et eps cunctis in ecclesia cōstitutis. ut. xxv. di. plectis. Antiquitate. ut prior habetur q̄ p̄us fuerit ordinat⁹ vi. j. e. i. c. j. lxxv. di. ordinationes. s. de elec. dudum. ad audiētiam. ff. de albo

potest. vt. q. i. probibentur. s. de testibus. c. vlti. ita vt nec etiam suum accusatorem accuset de pari vel minore. secus in criminis maioris. vt. iii. q. xij. neganda. Condennatus autem in criminis cui sit infamis alium accusare non poterit nisi suam iniuriam prosequatur. vt. ff. eo. l. qui iudicio. Quod verius est q. accusare non potest. si nouam velit accusationem in extraneis inchoare. secus si in suum accusatorem. nam potest si per sententiam non amiserit libertatem et civitatem. vt. ff. de pub. iudi. l. is qui parendum est enim ei qui provocatus voluit se vlcisci. vt. ff. de bonis liberto. l. qui cum maior. s. si libertus. C. Accusari autem non possunt aliqui propter excellentia dignitatis. vt. Idapa et Imperator ipsi enim supra ius sunt et legibus soluti sunt. vt. s. de concess. pie. proposuit. C. de le. et consti. l. digna vox. papa enim superiorum non habet nisi solum deum. vt. ix. q. iij. nemo aliorum nisi in criminis heresis. vt. xl. di. si papa. Item magistratus non accusatur. vt. no. s. eo. ti. s. item alii propter magistratum. C. Forma accusationis hec est. concipiatur libellus accusationis continens ea que leguntur. q. q. vlti. libellorum in primis et in auctoribus exhibentibus. s. suscepto. et de hoc non. s. de libelli ob. in fin. C. Debet autem accusator inscribere et se ad penam talionis obligare. id est ad tale penam qualiter accusando inferri intendit. q. cas luminantes ad vindictam posset similitudo supplicij. vt. q. vi. quisquis et q. iij. calumniator. et c. qui non probat. Quidam exceptiunt quosdam casus. scilicet cum quis accusat de leui crimen. vt. ff. eo. ti. l. leuia. Item cum mulier accusat. vt. dixi. s. e. ti. s. iij. Item in criminis apostasie. vt. C. de apost. l. apostatum. Item cum accusatur christianus qui iudeus duixerit in uxorem. vt. C. de iudeis. l. ne quis. Item cum maritus accusat mulierem de adulterio iure mariti. vt. iij. que. iij. s. aliquando. C. ad le. iij. de adul. l. q. quis et l. iure mariti. Item in accusatione false monete. vt. C. de fal. mo. l. j. Itet si tutor accusat vt. C. qui accu. non pos. l. iij. Item eius qui ex necessitate accusat ut heres voleans vindicare necem defuncti. vt. ff. quibus ut indignis. l. tutor. Item in criminis abigeatus. vt. C. de abigeis. l. vna. Item cum per officiales crimina inuiciantur. vt. C. qui accu. non pos. l. ea que. Sed est sciendum q. si accusator non inscribat. ex natura tamen accusationis pena calumniae venit. vt. C. eo. ti. l. vlti. C. Item est sciendum q. in accusationibus non semper necessaria est libelli conceptionis. vt. in leui crimen. vt. ff. de accusa. l. leuia. Item in notorio. vt. C. eo. t. ea que. iij. q. iij. s. aliquando. in notoriis enim nec accusator requiritur nec ordo iudicarius obseruat. vt. s. de filiis presby. quoniā. l. eo. ti. euidentia. l. de purga. ca. cui dilectus. q. q. scelus et c. qui lotharius. Nam in talibus ordo est ordinem non servare. vt. s. de iure iuri. ad nostram. secus in manifestis et non notoriis. vt. xi. q. iij. eorū. s. de diuoci. pono. Item plerūq; de criminis agitur. nec est necessaria libelli concepcionis sed sine accusatore ad penam proceditur. vt. ff. ad le. iij. de adul. l. i. s. si publico. ff. de proba. l. penulti. C. de testibus. l. nullum. insti. de suspec. tu. in. s. prietere. C. Idem in calumniatore tempore sententie postea. non vt. C. de calum. l. iij. q. iij. s. notandum. ff. de bonis liber. l. qui cum maior. s. si libertus. Et idem dicunt quidam in falso. vt. C. ad le. cornel. de fal. l. vbi. Sed nos intelligimus legem illam cum principaliter de falso agitur non incidenter. alias autem generaliter ad penam ordinariam de criminis agi non potest sine accusatore et sine libello. vt. ff. de mente. et hono. l. rescripto. s. si quis accusatorem. q. q. nihil. Ordinariam ideo dixi. q. plerūq; agitur fini iura canonica de criminis civiliter non ad penam ordinariam. et tunc nec accusator nec libellus est necessarius. Unde notandum est q. in foro ecclesie quatuor modis agitur de criminis. per accusationem inquisitionem denunciationem et exceptionem. Hec obstat. l. eo. ti. super his. nam verum est q. crimen tribus modis valer opponi ut ibi dicit. sed quatuor modis agitur ut dictum est. nam per inquisitionem agitur de criminis. nec tamen tunc crimen opponitur. In primo ergo modo et accusator et libellus est necessarius nisi in casibus ut superius dictum est. in tribus casibus sequentibus non. unde accusationem precedere debet inscriptione. vt. l. eo. ti. super his. Quod fallit casualiter ut superius dictum est. Inquisitionem clamorosa insinuatio. vt. l. eo. ti. qualiter. l. de symo. licet hely. et c. per tuas. Denunciationem charitativa monitio. vt. l. e. c. iij. et in decre. licet hely. et c. per tuas. q. vi. accusatio et c. si quis erga. Exceptionem ad extraordinariam penam obligatio. sed contra electum confirmatur excipiat. vt. l. eo. ti. super his. C. Effectus accusationis est depositio. inquisitionis ab administratione removit. denunciationis penitentia vel coram exceptionis colectandi exclusio. vt. l. eo. ti. super his. In casibus

tamen ex denunciatione sequitur amotio. vt. cum quis agere non potest penitentiam eo retento quod vitiose quesuit et super quo denunciatus est ut in symonia in ordine vt. l. q. i. si quis et quest. vi. requiris. Itet in dignitate et beneficio symoniaci ut iij. dist. merui. Inter furtiva vel violenta. vt. xiiij. q. vi. si res aliena. Idem in re per dolum quesita quam reddere quis tenet ut violenta. vt. s. de resti. spo. sepe contingit. Si quis autem aequaliter de criminis fuerit absolutus non potest super eodem iterum accusari. vt. l. eo. ti. de bis. siue enim crimen remissum sit aperte rationem nomen rei deletum sit aliis accusatione repeterere non potest. vt. q. vlti. in fin. siue crimen remissum sit per integrum restitucionem. vt. l. q. iij. s. notandum. siue accusatore non probante reus sit absolutus non potest accusatio reficeri. vt. ff. naute capo. sta. l. licet. s. vlti. nisi in duobus casibus cum posterior accuser docere paratus est priorem accusatorem prevaricatum suisse. vt. ff. de preua. l. iij. vel cum posterior primam accusatione se docet ignorasse. vt. ff. de accusa. l. si cui. s. hisde. C. In summa sciendum est q. in causis criminalibus principales requiruntur personae. nec internunti procurator. vt. v. q. iij. in criminalibus. et ff. de pub. iudi. l. penult. s. ad crimen. Fallit hoc si qui busdam casibus. In criminis iniuriarum. vt. iij. q. ix. s. nisi. Itet admittitur procurator ad excusandū. vt. l. q. eo. ti. venies. et xxij. q. v. teos. Item cum de criminis agitur non criminaliter. vt. s. de procu. tue. l. eo. ti. super his. s. de sen. et re iudi. cum. l. et. C. Item in leuibus criminalibus. vt. ff. e. l. leuia. Item si crimen non excedit penam relegationis. vt. ff. an per alium causa ap. exerc. va. l. vna. Item in criminis suspecti tutoris. vt. ff. de procu. l. non solum. s. vlti. Item cum quis accusat alium de ingratisudine. vt. ff. de procu. l. sed be persone. s. patronus. Item in popularibus actionibus interuenit procurator ad agendum. vt. ff. de procu. l. licet in popularibus. sed non ad descendendum. vt. ff. de popula. actio. l. qui populari. Item dominus defendit seruum in crimen. vt. ff. de accusa. l. si cui. s. vlti. Quidam tamen dixerunt q. semper in criminis potest interuenire procurator ex parte rei post item contestatam. vt. v. q. iij. teos. Sed illud locum habet in procuratore dato ad allegandas causas absentie. non causas cause. vt. ff. de procu. l. seruum. s. publice. C. Videamus de secunda parte rubrice scilicet de natura inquisitionis. et quater procedatur in ea. In primis no. est differentia inter inquisitionem que fit contra singularem personam. et illam que fit tam in capite q. in membris quia in prima requiritur ordo ille quem habes. l. ep. ti. qualiter. In secundo casu de plano et sine scripto fieri habet. vt. l. eo. ti. olim. Abi autem agitur de statu ecclesie requiruntur testes tales quales in ecclesia inueniuntur. Et est ratio quia ea que domini sunt per domesticos. pbari operari. vt. C. de repudi. l. consensu. s. de testibus. veniens ubi vero contra singularem personam iuncte legitimi adhibentur. vt. s. de sen. et re iudi. cum. l. et. C. Item nota. differentiaz an index ex officio suo descendat ad inquirendum. an aliquo procurante inquisitionem. Nam in primo casu inquisitor facit iurare illum contra quem inquirit ut super eo de quo inquirit ad interrogata respondeat. vt. l. eo. ti. cuius dilectus. In secundo casu non faciet illum iurare. sed promotor inquisitionis probabit illum super quo littere sunt obtente si ex delegatione inquirit. vel coram ordinario si ordinarius inquirit. et si non probauerit tunc promotor vel adiutor inquisitionis punietur. ut. l. ti. prox. cum dilectus. Item et aliam differentiam notabilis. quia eius inquisitor ex officio suo procedit. publicatis arrestationibus. de his ab aliis testibus inquiet. vt. l. q. j. notum. l. quest. v. habet hoc proprium. et c. mennam. Cum autem aliquo adiuvante inquisitionem non sic timetur enim de subordinatione. C. Fieri autem debet inquisitio in loco in quo persona de qua inquit rendum est. conversatur. vt. xxij. quest. l. paratus. xxij. quest. l. pudenda. s. de elec. post q. s. de presumpt. quosdam. Litigatur is contra quem inquirendum est et significabuntur ei criminis de quibus est inquirendum. vt. v. quest. l. si primates et l. eo. ti. qualiter. s. debet. Is autem contra quez inquiritur potest opponere contra inquisitionem de suspecto. vt. l. eo. ti. ad petitionem. Item poterit opponere q. sit criminolus. et q. que. viij. iudicet. Poterit opponere contra testes. vt. l. eo. ti. cuius oporteat. et c. qualiter. l. de symo. licet hely. et c. per tuas. nam ibi cum de criminis excepte inquiritur. est speciale ut criminolus admittatur. Si ergo inquiratur de non excepto. non admittentur. vt. l. quest. l. deus. s. de testibus eogen. prietere. xxv. que. vij. episcopo. Poterit obsecere in dicta testium vt. l. eo. ti. qualiter. s. debet.

H. debet poterit excusationes suas proponere ut. j. eo. c. cum dilectus. Poterit opponere in personam denunciantis & litteras impetrantis ut. j. eo. t. i. cum oporteat & c. cum dilectus. Inquisitor faciet iurare illos qui denunciauerunt. vt. in decre. licet hely. Secus est cum agitur per modum accusationis. quia qui semel apparuit inter accusatores testis esse non potest. vt. j. eo. c. cu. 3. **P.** Forma iuramenti testium in causa inquisitionis diversa est a forma illa que in causis alijs obseruatur. Nam in alijs causis testis iurat dicere veritatem de his que vidit & que in presentia eius dicta sunt. vt. iij. q. ix. testes. H. de his que. & c. hortamur. Sed in causa matrimoniali cum de consanguinitate agitur forma iuramenti testis est. qd iurabit testis de his que nouit circa parentelam vel credit & quod a maioribus accepit. vt. s. de testi. licet. & i bis casibus in quibus agitur in figura iudicij & sunt partes testis dicet tam pro una parte qd pro altera. nam communis est. vt. xiiij. que. vj. non sane. In inquisitione vero forma iuramenti testis est. vt super criminie dicat plena veritatem ut in decre. licet hely. Si vero super statu ecclesie inquiratur. tunc forma iuramenti testium duplex est. nam aut iurat dicere veritatem de his que scit vel credit in ecclesia refoz manda exceptis occultis. vt. j. eo. t. olim. vel qd respondebit ad interrogata. vt. j. eo. t. i. cum dilectus. Sed si is contra quem inquiritur conuinatur qualiter puniendus sit a nonnullis in dubium renocatur eo qd circa hoc diversimode loqui videntur. Ad hoc dico qd si contra prelatum inquiritur administrationem habentem. certa est pena scilicet ab administratione remotio exemplo villici. vt. j. eo. t. i. qualiter. tunc ergo non erit arbitraria. Nam facti quidem questio in arbitrio est iudicantis. pene vero persecutio non eius voluntati mandatur sed legis arbitrio referuatur. vt. ij. questio. iij. H. notandum. & accedunt ad idem ff. de verbo. signi. l. si qua pena & ff. ad turpiss. l. i. H. i. Si vero fiat inquisitio contra prelatum non habentem administracionem. tunc est arbitraria pena. Nam tunc fin merita persone & qualitatem excessus penam poterit iudicantis discretio moderari. vt. j. eo. t. i. inquisitionis in f. i. H. & ar. j. de symo. de regulis & c. dilectus. Sed hec fallit in criminalibus enormib. que ordinis executionem suscepit aut retentionez beneficij etiam post peractam penitentiam impediunt. vt est videre in homicidio & symonia. in ordine & beneficio vt. j. eo. inquisitionis. In his enim & consimilibus sic esset sicut in accusationis iudicio procedendum. vt dicit illa decre. inquisitionis. Que autem sint enormia delicta & de effectu ipsorum no. s. de tempo. or. & qual. ordi. H. circa. Sed quid si nihil probatum sit aduersus eum contra quem inquiritur nisi de sola fama. Si crime de quo inquisitum est perleuerantiam habet facti. admoneat eum ordinarius primo seorsum. postea coram testibus & si infamia perduret suspendat eum usq; ad satisfactionem condignam. vt. j. de purga. cano. si quis presbyter. Et in eo casu intelligo qd presbyter infamatus debet suspensi. non enim dico qd statim propter infamiam debet suspensi nisi enormitas delicti vel scandulum hoc exposcat. vt. j. de purga. ca. inter sollicitudines. Cete rum si omnes testes dicunt eum innocentem non suspendetur nec onerabitur purgatione nisi ex abundantia hoc fiat ad tollendum infamacionem facti. vt. ij. questio. v. habet & c. mennam. **I**tem quid si superior velit inquirere. reus autem dicat nolo. vt inquisiras sed prefegas terminum accusare. volentibus. & accusatore deficiente paratus sum me purgare. nunquid audiatur reus an iudex. Evidetur qd reus quia quod reus petit ordinariis est. quod dicit iudex est extraordinarium & iudex potius ordinario qd extraordinario iure procedere debet. vt. ij. que. j. multi in f. & ff. de milio. l. in caule. Puto potius inquirendum. qd purgatio sequitur inquisitionem ar. j. de purga. cano. inter sollicitudines. **S**z queritur an reus possit probare innocentiam suam & excusationem per familiares & cubicularios. Respōdeo sic. vt. xj. questio. h. manifeste. & h. questio. vij. cum pastoris. Item quid si alienus qui non est de dyocesi impetrat inquisitionem hoc supprimens in imetrando potest presumi ipsum non charitatue moueri. cum non iter sit ipsius. Itē quid si repellatur adiutor inquisitionis. nunquid alius admittetur vel index ex officio suo procedet. Respōdeo admittetur alius vt. j. eo. t. i. cum oporteat. & ar. ff. de ioffi. testa. l. posthum. H. i. Crimina enim semel audit a indiscissa preteriti non debet. vt. j. de collu. dete. crimina. nec refert unde cuncti claruerint vt. xxiij. questio. iij. ecce. Item inquisitio nititur ex officio superioris & ideo iterari potest. vt. ij. questio. r. habeat hoc proprius & c. mennam. **I**tem quid si infamia ortum habeat ab inimicis

nunquid inducit inquisitionem. Respondes no ut. j. eo. t. i. qua liter. & c. inquisitionem in fine. xj. questio. h. in cunctis. & h. que. iij. omnibus. j. de purga. canonica cu in iuuenture. Sed cu difficile fit ortum infamie probare. cum ipsa fama a certo auctore procedat. vt de condit. sanctum est. Satis dici potest qd si cesset inquisitio. non tamen cessabit purgationis iudicium vt. j. eo. c. inquisitionis in f. **D**ebet autem descendere superior ad inquirendum cum canonice ecclesie sue vt. lxxvij. di. si quid vero. xv. q. vij. si quid. Intelligo hic ecclesiam suam. sciaret maiorem. hoc est cathedralem vt. j. de verbo. signi. c. cum clericis. Sed si abbas vel alius prelatus inferior ab episcopo sit infamatus. puto in inquisitione & alios prelatos dyocesis canonici adiungendos vt. xvij. q. h. si quis abbas. **I**n summa nondum est. qd infamia orta ad denunciationem paucorum. non inducit inquisitionem vt. j. eo. t. i. inquisitionis in f. Unde is contra quem mandatur inquisitio fieri poterit excipere vt dicat inimicos esse denunciatores. Itē ipsum denūciasse super eo de quo ante fuerat infamatus vt. j. eo. t. i. cum oporteat. multa ens falsa principi referuntur vt. ij. quest. v. biduum in f. sub tali ens conditione. commissio sacra videtur. vt si infamia & clamor precesserint vnde de hoc est primitus inquirendum. vt in illa decre. cum oporteat. Nec obstat. j. eo. c. ylti. vbi ad denunciationem quandoq; mandatur inquiri. quia & si superior mandat inquiri. exceptio pdicta nibilomin salua manet. **N**ūc restat videre de tercia & ultima parte rubrice. scilicet de denūciationsibus. Est igitur sciendum qd ad denunciandum tenentur omnes fin quosdam vt. h. q. si peccauerit & quest. vij. qua propter. xj. quest. iij. precipue. xxij. questio. iij. tam sacerdotes. xlvi. dist. sed illud. Quod & hug. cōcedit. Sed dura est hec opinio & multos constituit transgressores. Et propterea alij benignius dicunt qd illud mandatum euangelicum si peccauerit. & non extenditur nisi ad illos qui in magistratu sunt positi. siue sint clericis. siue layci. ar. ad hoc. xxxij. quest. iij. duo ista nomina. xvij. quest. iij. presbyterorū. quo ad alios autem est cōfiliū. Et hoc verum est. in peccato commisso. secus in committendo nam quo ad illud omnibus est preceptu. vt. xxij. q. v. hoc videtur. quicunq; ergo habet familiarem tenetur congere vt. xxxij. quest. iij. duo ista nomina. xxij. quest. v. non prius. Et qd intelligatur preceptu quo ad platos. consultive quo ad priuatiss est arg. xxij. quest. iij. c. i. **S**ed dubitatur an infames & criminosi admittantur ad denunciandum. Et videtur qd sic quia omnes ad hoc ex precepto tenentur fin vnam opinionem. Et qd infames admittantur arguitur ex multis iuribus. xxij. quest. i. quisque. s. de sponsa. pietrea. & vbi ad correctionem agitur non requiritur tantus rigor vt in predicto. c. hoc videtur. quia vbi de bona fide agitur non conuenit de iuris apicibus disputare. vt. ff. manda. l. si fideiussor. H. quedam. Sed econtra videtur quia tñ honestiores persone admittantur vt. xxxv. quest. vij. episcopo in synodo. & non infames vt. s. de testi. co. pietera. Nam & ad populares accusations non admittuntur nisi persone integri status vt. ff. de popula. ac. l. popularis. Scripterunt Jo. & Tan. qd quilibet admittitur ad denunciandum. dummodo bono zelo denunciet vt. s. de sen. & re iudi. cum. j. & A. Sed licet admittantur infames & irregulares. non tamen criminosi. cum enim criminosi non corexerint sua crima presumuntur qd zelo denuncient aliena. Has suamas approbo vt tamen inter denunciationem & denunciacionem distinguas. quia denunciatio que fit de peccato commisso est euangelica. sed illa que fit de committendo est canonica. Ad hanc canonican quilibet admittitur vt. s. dc cognati. spita. ad hanc qualisq; noticia sufficit vt. ca. hoc videtur in qua turpitudo propria no oblitus vt. s. de sponsa. pietrea. quā non impedit iuramentum precedens vt. xij. dist. merui. ad quā non faciendam si quis se iuramento astrinxerit iuramentum non tenet. s. de iure iurant. quemadmodum. que omnia in denunciatione euangelica non contingunt vt superioris dictu est. Quāvis autem possit quilibet dummodo non criminosis vt superioris notandum est peccatum denunciare commissuz. vt in aut. quomodo opoz. episco. H. licentiam colla. j. & in aut. de no alie. aut permu. H. vlti. colla. y. & circa accusationum solemnia. vt. iij. ques. iij. H. aliquando & C. de accu. & inscrip. l. ea que. tñ nūciatores his que nūciant assister debet. vt. ff. ad turpiss. l. ab accusatiōe. H. nūciatores & C. de accu. & inscrip. l. singuli. & si no pbauerit qd denunciant punientur vt. j. titu. prox. cu dilect?

**C** De calumniatoribus.

Rica.

## Actum est supra de

accusationibus et accusatoribus. sed quia plerūq; acusatores calumniantur. Iccirco subiicitur bierubica de calū. **C** Videamus igitur quid sit calumniari. qualiter quis de calunnia cō in eatur. et qualiter puniatur. **E**st autem sciendum q; accusatorum temeritas tribus modis detectur. et tribus penit subij citur. Aut enim calumniantur aut priuariantur. aut tergiuerantur. **C** Alumnari est falsa crimina intendere. Preuaricati vera crimina abscondere. Tergiversari in vniuersit ab accusatione desistere vt.ij. quest.ij. S. notandum. ff. ad sena. consol. turpiss. l. i. Rūso. i. Et q; dixi calumnia est falsa crimina intendere. subaudi scienter et animo calumnandi vt. j. eo. ti. c. ij. **C** Alumnatoribus pena lege remia irrogatur vt. ff. eo. ti. l. j. S. j. Nam calumniantes ad vindictaz poscit similitudo suppli cij vt no. s. ti. prox. S. debet autem acculator inscribere. **C** Vincitur quis de calunnia fm quosdam eoipso q; non probat quod intendit vt. ij. quest. ij. calumnator et. c. qui non probat. C. de aduo. diuer. iudi. l. j. ff. de testibus. l. ij. S. idē diuis adria nus. C. de famo. libel. l. j. i. fi. C. ad le ius. de vi pub. l. si quis ad se et. C. de fruc. et liti. ex. l. non ignoret. Sed non est ira. quia nō protinus calumnari videtur qui non probat quod intendit. vnde eius rei inquisitio spectat ad iudicēz qui reo absoluto animi destinatione arg. ff. de vrbo. sign. l. fugitiwus. quia post sententiam absolutionis hoc non licet. vt. C. de calum. l. j. de accusatoris incipit consilio querē qua mente ductus ad accusationē processit et tunc condemnabit eum vel absolvet. quorum alterum ex forma sententie apparet. vt. ij. quest. ij. S. notandum. ff. eo. ti. l. j. S. j. potest enim esse q; accusator qui non probat iustaz habuit causam veniendi ad crimen vt. C. eo. ti. l. qui non probasse. Si vero iudex de hoc non inquisierit durante adbuc pri mo iudicio. postea non potest vt. C. eo. ti. l. j. nisi noua contra accusatorem eundemq; calumnatoriēn accusatio instituatur. vt. C. de aduoca. diuer. iudi. l. j. Et potest in continentē reo absolu luto condemnare calumnantez. prehabita tamen inquisitione quia que incontinenti fiunt inesse videntur vt. C. de pac. l. pe tens. ff. si certum pe. l. lecta. Et nota q; ybi certa est pena imponēda accusato si quisq; certa ē et iponēda accusatori calūnioso. q; eadē. S. ybi certa ē illa q; iponēda ēt accusato tūc accusato in calūnia cōprehēso iponeſ tāta et talis pena quāta et q; lis pro crimine obiecto ab accusatore solet imponi. vt. C. eo. ti. l. vlti. ff. ad sena. cōsul. turpiss. l. i. in priuatis. **C** Preuaricator au tem dicitur quasi varicator qui diuersam partem adiuuat pro dita causa sua. quod nomine labeo a varia concertatione tractū ast. nam qui preuaricatur ex vtraq; parte consilit. quinimo ex altera. **H**ic autē extra ordinem solet puniri. vt. ij. que. ij. S. notandum in verbo preuaricator et. ff. de pūarica. l. j. 7. ij. **C** Hic autem tergiuersatur quiter ga vertit accusato. et circa abolitio nem ab accusatione desistit. **H**ic incidit in turpiss. et extra ordi nem punitur vt. ij. quest. ij. S. notandum. in verbo. si quis. et. ff. ad turpiss. l. j. S. si quis autem.

**C** De symonia.


Rica.

## Item after cetera crimina

eclesiastica symonia primum obtinet locū. Nam symoniaci velut primi et precipui heretici ab omnibus fidelibus sunt respudiendi. et omnia criminia ad comparationem symoniace heresis quasi pro nibilo rei putantur vt. j. quest. vlti. patet. et quia visitatum est m̄ malum. vt. j. quest. j. reperiuntur. et ideo exaggerandum vt. ff. de penis l. aut facta. S. vlti. Iccirco pmissio de accusatore et eius calumnia. statiz ante alia crimina ponit de symonia. vnde subiicit hic rubrica de symo. et ne aliquid pro sp̄i. exigatur vel promittatur. **C** Evidendum est igitur quid sit symonia. vnde dicatur quibus modis contrabatur. qua pena symoniacus puniatur. et que contra euz possit dispensatio abdiberi. **C** Symonia est studio sa cupiditas vel voluntas emendi. vel vendendi spirituale vel spirituali annexuz quod spirituale censetur. Ius enim percipiē di prouentus prebendales spirituale non est. sed dicitur annuum spirituali. hoc est canonie. propter res temporales que ex illo iure prouenient scilicet fructus. Sic et ius percipiendi proueniens ratione prelature spirituale non est sed dicitur annexuz spirituali propter temporalitatem que inest ipsi perceptioni. Et

ideo si quis emat vel vendat spirituale propter annexum spiri tuali. neutrū in emptum vel in vendituz derelinquit vt. j. que. ij. si quis obiecerit. Sic et ius patronatus vendi non potest. vt. S. de iure pa. de iure. et. c. quia clerici. et tamen dicitur spiritua li annexum vi in decreta. de iure. et. S. de iudi. quanto. propter sicutur vel quasi. cum nulluz ius spirituale a layco possideatur preter illud et pieter ius funerandi. vt. ff. de mortuo inf. l. j. et preter ius eligēdi si ex privilegio competat. vt. S. de iure patro. rituali. accedit ad ista. S. de rerum permu. quesum. **P**remiss qui studet. **C** Dicitur symonia a symone mago primo in no uo testamento sceleris huius auctore. ipse enim voluit emere gratiam sanctispiritus a beato petro. sicut et gyesi in veterite stamēto voluit vendere gratiaz sanctitatis haaman syro. **A**ll venditor gyziacus vel gyezicus. Sed vsus hominum habet vt vterq; symoniacus appelletur et de vtrq; legitur. j. quest. j. qui studet. **C** Commititur autem symonia tribus speciebus munieris. **A**nde beatus qui excutit munus suas ab omni mu nere. non dixit solummodo a munere. sed ab omni munere q; munus aliud ab obsequio. aliud a manu. aliud a lingua. Mu nus ab obsequio est seruitus indebitē impensa. munus a ma nu pecunia est. munus a lingua favor est. vt. j. questione. j. sunt nonnulli. Item committitur symonia sola voluntate vel inten tione. sicut et vsura vt. j. de vsu. consuluit. xliij. questione. ij. si fe neraueris. In hoc tamen distinguenduz est sicut distinxerunt doctores antiqui. quedam sunt prohibita. quia symoniaca. vt vendere vel emere sacramenta. hec enim ideo prohibētur quia in veteri testamento erant prohibita et symoniaca emi vel vendi dona sanctispiritus. vt. j. questione. j. qui studet. vnde venditores columbarum electi sunt a domino de templo vt. j. questione. ij. ex multis. Quedam autem sunt que in veterite stamento nec erant prohibita nec symoniaca. quia prohibita per constitutiones vt vendere vicariam castaldionatum. yco nomatum. aduocatiam et huiusmodi. vt. j. eo. ti. ad nostram. j. questio. j. si quis episcopus. et questio. ij. saluator. hec emi vel ve di est symoniacum quia prohibitum. Et in his non sufficit sola voluntas sed requiritur vt interueniat actus. Et nota q; in his in quibus symonia committitur sola voluntate nullo pacto sed effectu animi precedente. non est necessaria resignatio spiritua lium que conferuntur et temporalium que prestantur. sed sufficiat delinquentibus per solam penitentiam suo satisfacere crea tori et eos pro symonia huiusmodi non teneri. vt. j. eo. ti. c. vlti. et fm hoc intelligo decre. j. eo. ti. uia nos. **C** Sunt autē casus in quibus munus a manu licite intercedit in spiritualibus. **P**ri mus est cum quid sponte datur et gratis offertur vt. j. questio. j. quicquid inuisibilis. et. c. q; pio in fi. et. c. placuit. et. j. eo. ti. dile ctus filius. El. in fi. Secundus cum omnia illa concurrunt que distinguuntur. j. eo. et si questiones. Tercius pro operibus spir itualibus ab eo collatis qui ad hoc ex officio nō tenetur. vt. xij. questio. ij. charitatem. Quartus pro operibus spiritualibus ad quas qui confert ex officio tenetur vt cum episcopus cōsecreat ecclasiā vel visitat. quia tunc potest exigere moderatam pro curationem. vt. j. eo. cuz sit romana. S. de rescrip. c. cum ex' offi ci. j. quest. ij. relatum. Sed quis sic dixerint antiqui et sic scri pserit frater Raymun. in summa sua tamen non audeo dice re q; pro actu visitandi vel consecrādi episcopus exigat. et hoc propter canonem. j. quest. j. statuimus. sed pro labore vie. xij. q. ij. charitatem. Sed oppones. canon ille loquitur cuz episcopus non per sue ciuitatis parochias fatigatur. si ergo in sua ciuitate visitat vel consecrat. videtur q; non debeat exigere procura tionē cum non labore. et tamen contrariū est vt. S. de cēsibus exac. et procu. venerabili. El qd respondeo et si minus labore eundo ad eccliaz ciuitatis causa visitādi vel cōsecrādi q; eudo ad ecclasiā i dyoceſi cōſtitutā. laborat in et ideo cessat obiectio. Quibus cu elemosyna datur pio vita eterna et peccatoz remis sione. vñ peccata tua elemosynis redime. Sexti p redimenda vexatiōe que in rebz spūalibus iniuste inferi. vt. j. eo. ti. dilect. Et cōcordat aplus redimētes tempus larissimi qm dies mali sunt. S. vñ obſtare. j. e. t. qrelā. ibi enī virtūq; pbibet emi et re dimi ecclesia. S. ibi expōit redimi. i. p pecūlia resignari. Itē nō ob. j. e. t. nō. q; ibi nō redimit vexatio s; emis absolutio. El p sic dici q; redēptio rei spūalis gmittit vexato iuste et redimēti pbibet vexati et p vexatiōis cessationē recipiēti. **C** In munē ab obsequio





ab obsequio diffigitur, quod aut obsequium est corporale aut spirituale. Si corporale sit obsequium et honestum vicium non inducit, ut cum quis seruit suo episcopo corporaliter in rebus licitis et honestis puta eundo Romanum, pro ipso aduocando vel procuratoria officium gerendo pro negotiis eius vel ecclesie sue, ubi ergo dignus dignum et honestum prestat obsequium pro beneficio vel ordine cessat vicium symonie, et hoc innuit a contrario sensu canon ille, i.e. ques. i. sunt nonnulli, in verbo, munus ab obsequio est seruitus indebitate impensa. Si vero indignus dignum vel dignus indignum prestat obsequium, non caret vicio symonie. Sed quis honestum obsequium liberaliter prestat vicium non inducat ut dictum est, in pactum tamē dici non potest. Hug. tamen dixit indistincte quod si quis directe habet intentio nem suam ad ordinem vel beneficium cum seruit symoniacus est ar. pro eo, i.e. eo, t. cum essent. Sed nunquid obsequium spirituale potest sine vicio prestari ex pacto? Non non nisi beneficio vel personatui sit annexum, ut s. de preben. significatum. In munere autem a lingua sic dico, licet super hoc diuersi diuersa scribant, porriguntur preces, aut ab ipso ordinando seu promonendo, aut ab alio pro ipso. Et in utroque casu dicunt qui clam preces huiusmodi esse illatas, et si ad eas fiat ordinatio ut ciosa est et speciem continet symonie ar. i. q. i. ordinationes et ca. nullus itaq. et vij. q. i. in scripturis, s. de iure patro. prius. Quod tollerabile puto si pro indigno fiant, secus si pro digno, ut s. de eta. et qua. tuam, i. q. i. filius, i. de symo. tua. alias multibodie darentur cum plures ordinentur et beneficiantur interuenientibus propriis precibus vel aliorum. Sed si aliquis pro prelatura preces porrigat pro se ipso hoc ambiciosus est, ut i. q. i. nullus itaq. si vero interpositis precibus alienis ad prelaturam aliquis assumatur, tunc distinguo, aut preces sunt carnales aut spirituales. Si carnales et fiant pro indigno, committitur symoniam. ut i. q. i. de ordinationibus. Nam preces loco precij succedunt, ut i. q. i. sunt nonnulli. Sed si sunt carnales et fiant pro digno, lictice sunt dumōis qui ordinat vel instituit respectum non habeat ad preces sed ad utilitatem ecclesie vel meritum promouendi. Spirituales autem preces vicium non inducunt, ut i. q. i. latorem. lxij. di. principali. Queritur de exentijs, an symoniā idū cant. Evidetur quod non dum tamen non producantur ad munera qualitatē, ut s. de offi. procō. l. solent. s. non autem et s. vlti. licet enim recipitur esculentum et poculentum quod intra dies priorum prodigatur, ut s. de offi. presidī. l. plebiscito, sicut et que prophete offerebantur stipites magis estimabantur tabernaculi quod munera prophete, ut i. q. i. iudices. Sed quod si conupta intentione dent vel recipiantur exēnia. Non symoniam committit que sine resignatione ordinis vel beneficij collati ipsa sola purgatur, ut s. eo. c. vlti. et finis hoc intelligi potest, s. eo. nemo. Sed nunquid modica qualitas pro re spirituali ex pacto data symoniā inducit? Non sic. Nam inuenio quod sex solidi faciant symoniā ut i. eo. t. tue. Item. xxx. vt. i. eo. veniens. Item quinque oboli, ut i. q. i. iudices. Item tremissis, ut i. q. i. placuit ut nullus episcoporum, i. tercia pars solidi. Item symoniacus sura paratur, ut i. q. i. ordinationes, et in surto non distinguitur qualitas, ut xiiij. q. vi. c. vlti. Item symoniam comparatur criminis usurarij utrumque enim sola voluntate committitur, ut dixi, s. eo. s. item committitur. Et in usuris non distinguitur inter modicum et multum. Itē cupella vni. Item verba poma et quicquid sit quod sorti accedit, usuram inducit, ut xiiij. q. iij. plerique. Ad hoc autem dico quod ubi ex pacto aliquid datur non distinguo qualitatē, et opus est resignatione eius quod taliter est quesitum, ubi autem aliquid quatuorcumque corupra intentione datur sine pacto symoniam committitur que absque renunciatione per pniā delet, ut i. eo. c. vlti. Sed si non constet de mente corrupta tunc considerantur circūstantie ille de quibus habes, s. eo. t. et si questiones. Sed nunquid symoniam committitur si aliquid defit pro calice seu vestibus benedicendis. Dixerunt quida quod non nisi inueniret hoc in iure prohibitum, tunc enim esset symoniacum quod prohibitiū, ut est videre in crismate, baptismo, coione, balsamo sepultura, basilicis dedicandis, ut i. q. i. dictum et c. placuit ut vnu se quisque, et i. eo. t. cum in ecclesia. Et his consentit frater Raymū, in summa sua. Puto tamen verius quod in quolibet ecclesia sacerdotio exercendo symoniam committi potest, ut i. eo. t. ad nostram. Sed nunquid ante promotionem alicuius potest ab eo cautio erigiri sine vicio symonie? Non non sed postea sic, ut viij. q. iij. talia, i. q. i. quod pio, dummodo pactum non precedat, ut viij. q. iij. artaldis, postea vero prestabitur cautio que ex antiqua consuetudine approbatur, ut lxij. di. quod sancta, sed a superiori potest exigi et recipi cautio sive ante sige post ordinationē

subjecti, ut s. de elec. significasti, xxij. di. quāq. xvij. di. de sara cusane, c. di. optatum, et s. de iure iurā, nullus, auctoritas enim superioris vicium tollit, ut s. de pactis cum pide, s. de preben. nisi, s. de transactio, statutus, ff. de bis qui no. in l. furti accepit, s. qui iussu. Item nota quod sicut symoniacus est mediante pecunia vel pacto rem spiritualem acquiri sic et resignari, ut i. e. ti. querelam, s. de testi, veniens, dare enim intelligit qui quod sibi debetur remittit, ut viij. q. iij. talia, ff. de calum, l. quietiam, ff. s. condi. causa da, l. si mulier, licet sit ar. contra, ff. quibus modis pignus vel ypo, sol, l. i. s. cum debitor, C. ad velle, l. j. ff. que in frau. credi, si pignus. Et eodem modo symoniacum est ob pecuniam reconciliare vel non reconciliare, ut i. eo. tir. nemo, t. c. ad aures. Nec mireris si duo contraria in idem recidunt. Nam hoc contingit alias ut cum recipitur precium ad accusandum vel non accusandum, denunciandum vel non denunciandum, testificandum vel non testificandum eligendum vel non eligendum, hec enim omnia eadem lege puniuntur ut i. q. i. qui cum et l. leadez, s. lex iusta, et iij. q. j. probibentur, accedit ad ista, i. q. j. s. qui autem pecuniam. Sed obstat canon, i. o. j. sunt quidam ibi dī sūt quida qui violentia vel saucore non permittunt ecclesiastis ordinari, hos etiam decernimus ut sacrilegos iudicados. Sed ibi subaudio, nibilominus symoniacos. Est autem scindendum quod symoniam est crimen enorme ut s. de accusa, et i. quisitione, crimen exceptum ut C. de epis. et cleri, l. si quēq. xv. q. iij. sane. Ad accusationes symoniaci glibet admittit ad accusandum, ut i. e. t. tanta, dummodo is qui accusatur sit male fame ut iij. ques. i. in primis, et de hoc plenius no. s. de accusati, s. item illi non admittuntur. Quilibet peccator missam cantare potest propter symoniacum, ut i. eo. t. tanta, et preter alios enormiter delinqüentes vel mediocriter dummodo eorum crimina notoria non sine de iure vel de facto, ut s. de tempo, ordi. c. vlti, t. s. de renunci. nisi cum piden, in pnci. hū enim omnes sunt suspensi quo ad se et quo ad alios. Eel dic solum symoniacum etiam occultum suspensum esse quo ad se et quo ad alios et notorium fornicatores ut xxxij. di. nullus et c. preter hec et s. verum. Et si queratur quare iura canonica sic prosequatur hec duo, s. symoniacus et fornicationem. Respondeo symoniam est morbus cancerosus et ideo ferro ignito opus est, est etiam malum visitatum, ut i. q. i. repetitum. Item fornicatio est pmune vicium ut l. di. quod tua sanctitas in si, et ideo pena exacerbari debuit in utroque, ut s. de penis, l. aut facta, s. vlti. Et quod proxime dixi quilibet peccator potest missam cantare propter symoniacum sic intellige quilibet et non precisus quilibet tolleratus. Et sic tollitur obiectio de suspensis et excommunicatis qui excluduntur a participatione sacramentorum ut iij. q. iij. Engeltrudam, s. de excep. a nobis, i. de cle. ex. mi. si celebrat. Item omnis peccator penitens, et sic non obstat quod dici solet, quod constitutus in mortali peccato suspensus est quo ad se, ut i. q. i. sacerdos, quod locum habet non enoribus etiam occultis et non mediocribus etiam occultis et non mediocribus notoriis, nam enornia occulta et mediocria notoria et post per actam penitentiam executionem ordinis detinent impeditam ut s. de renunci. nisi cum piden, l. di. de his, s. de tempo, ordi. c. vlti. De pena symoniaci sic dicendum est. Aut quis est symoniacus in ordine, aut in beneficio suscepto. Si in ordine, suspensus est ipso iure, ut proxime dictum est, habet enim characterem furtuum, ut i. q. i. ordinationes, habet characterem vicium, unde oido intus ortus cecidit, ut i. q. i. quibusdam narratis, s. eo. t. accusatum et c. quotiens. Qualitercumque de hoc crimen constiterit sive per modum accusationis sive per modum igitur sive denuncii, sequitur pena depositoris, primū, pbag, s. de accusa, inquisit. et denunci. super his. Secundū, s. de accisi. inquisitionis, de tertio no. de accusa, s. effectus. Symoniacus autem in dignitate vel beneficio convictus per accusationem deponitur, per inquisitiones amouetur, ut s. de elec, per inquisitionem et idem per denunciationem. Et est ratio, quia non possit agi pniā illa vel illo retento ut xij. di. nerui, et ut in predicto s. effectus. Et quod dixi in symoniaco in ordine quod suspensus est ipso iure puro locum habet in symoniaco in dignitate qui executionem dignitatis retinet impeditam, unde quicquid facit gerendo officium dignitatis suspensus agit et decipit animas libejectorum, ut s. de elec, dudum rothomag, et idem dico in beneficio curam animalium habente, quod de his duobus idem iudicium est habendum ut pniā in predicta decreta, et ar. s. de filiis pres. c. vlti. Si vero aliquis sit symoniacus in receptione simplicis beneficij vel in collatione beneficij cuiuscumque aut eius delictum est occultum aut notorium de iure vel de facto. In primo casu symoniacus est ipso iure suspensus sicut et glibet

In mortali peccato constitutus. vt. j. q. i. sacerdotes. In secundo quo ad se et quo ad alios vt. s. de tempo. ordi. quietum. Nam et accusatus de symonia prohibet exequi officium suum accusatio ne pendente. vt. j. e. t. accusatū. Item quid de his qui per symoniā recipiunt vel recipiunt ad monachatū. Non si per modū accusationis devicti fuerit deponuntur tā recipientes. sed recepti. sed si per inquisitionē de his constituerit recepti amouent a locis et in monasteriis artioribus collocantur ad penitentiā pagē dā. recipientibus autem intungitur pñia et donec eam pege rint ab executione ordinū suspendunt. vt. j. e. t. dilectus filius. Sed instabilius quare priores isti vel abbates non remouent ab administratione etiam per modū inquisitionis. cum hec sit pena ordinaria symoniacorum prelatorum. vt. no. s. e. t. s. de pena. Non illud locum habet in symonia cōmissa in dignitate in qua administrant. secus in symonia cōmissa in beneficiis cōse rendis vel monachis recipiendis in quo casu locum h̄z decre. dilectus. Et ibi multitudi erat in cā et utile non erat monaste riis veteres amoueri prelatos. vt. s. de renū. c. i. Sed q̄rit an is qui beneficiū symoniace acquisiuit teneat ad oēs fructus quos recepit et q̄ recipi potuerunt. Non sic est enī sur et latro. vt. j. q. i. ordinationes. et ideo sicut sur semper est in mora et ad dā na tenet. C. qd metus cā. l. i. C. de condit. sur. l. vlti. et. C. de sur tis. l. substracto. et ad oēs fructus ut violent. vt. s. de resti. spo. grauis. Generaliter enī sine titulo possidens tenet ad oia damna et lucra et pcepta et percipiēda vt. ff. de rei ven. l. si nauis. s. generaliter. Et idē est si habeat titulū sed talē qui pro nō titulo sit h̄ndus vt. C. de agrico. et censi. quēadmodū. ff. qd metus cā. l. sed prūs. Sed querit cui restituetur pecunia symoniace data. Non ei in cuius iniuriā data ē. Est ecclesie vt. j. e. t. psule. et. c. audiuim⁹ et. c. de b. aut. et. ar. ad idē. xvij. q. iij. si qd in atrio xvij. q. i. quis rapuerit. in aut. de scis. epis. s. sed neq̄ coll. ix. Si vero q̄ pecuniam dedit inuenit ex mā restitui. vt. j. e. t. ve niens. Sed forte illud locum h̄z cum reddit⁹ ei q̄ monasteriis est ingressus per symoniā consideratur enī ne alteri monasterio ad qd transferendus est fiat onerosus vt. xvij. q. vi. de lapsis. xxvij. ques. i. si quis rapuerit. Prelatus aut̄ aliquid ab ecclesia per symoniā extorquēt duplicatum restituit. vt. in predicta decre. audiūimus. secus si per impressionem q̄ tunī reddet qduplica tum. vt. xvij. di. qm̄ quidā. i. q. j. cōcussionis. Dicit̄ aut̄ cōcitere qui pretextu officiū cōminando aliquid ab inuitō extorquet. vt. ff. de concus. l. i. et. iij. xxij. q. i. militare. Sed sciendum est q̄ non oīs pactio que in re spūali interuenit symoniā inducit. et ideo pena non meret. Nam si possessio detur ecclesie vt. in ea oratorium cōstituat. non cōmittitur symonia. vt. s. de resti. spolia. oīm. q̄ in traditione rei proprie tā pactum apponēt. vt. ff. de pac. l. in traditionib⁹. s. de cōdi. apposi. verum. Item non cōmittitur symonia si detur līnia cōstruendi oratorium sub pacto cōfensus. vt. xvij. q. i. eleutherius. s. de religiōs domi. cōstitutus accedit. j. e. t. ex insinuatione. talia enī pacta spūalia reperuntur. sicut et illud. s. de preben. significauit. s. de seruīs non ordi. nubilus. de elec. significasti. x. q. i. c. iij. Quid si qd exigat fm loci cōsuetudinē in exequiis mortuorum puta ceri et denarii vel in benedictione nubentū. puta panis et vinum cerei et mantile. Sicut in plerisq̄ locis hoc de more seruatur. Item in cōsecratioib⁹ episcoporum manutergili aqua et mantile. Non exactioē in talib⁹ reprobadā esse. sed nūbilominus debita fore solutionē. vnde superior ex officio suo cogere potest ad solutionē. nam cōpescendi sunt qui maliciose nituntur laudabilez consuetudinē imutare vt. j. e. t. ad aplicam. Quedam enī ex debito prestanda sunt ad que actio non datur. vt. no. s. de postulan. s. restat. sic et prandij exactio iuxta morem reprobaratur vt. j. e. t. Jacobus. sic et in multis alijs actibus spūalibus consuetudo non excusat exactioē pro intronizandis episcopis vel abbatib⁹ seu abbatis in sede ponendis. vel pro quibuscumq̄ alijs personis inuestiendis. Item pro danda absolutione vel pro quibusdam alijs sicut quilibet studiosus per se notare potest vt. j. q. i. saluator. si quis prebendas vendentes. j. e. t. cum in ecclesiā ad au res suas. int̄m. audiūimus ad apostolicā. Ultimo videndum est an in symonia valeat dispensari. In quo distinguo. qui dā sunt symoniaci quidam symoniace promoti vel ordinati nō tñ sunt symoniaci. Cum symoniacis aliis a papa dispensa re non potest. vt. j. q. i. erga symoniacos vt. j. e. t. nobis in si. papa vero ex plenitudine potestatis dispensare potest. vt. j. eod. t. dilectus filius. A. et. j. q. v. quicunq̄. Cum symoniace promotis et non symoniacis potest episcopus dispensare. vt. j. e. t. nobis p̄s. s. et. c. ex insinuatione. s. de elec. si alicuius. j. q. v. presentiū. j. e. t. de symoniace. et. c. de regularibus. Et qd dixi posse dis

pensari cum symoniace promoto vel ordinato. verū intelligo resignato eo qd symoniace est quesitum vt in decre. si alicuius t. j. q. v. quicunq̄ in pn. Et qd dicunt iura illa in beneficio et di gnitate. puto et in ordine locum h̄ere vt resignetur executio. characteri enim renunciari nō potest eo q̄ anime est infixus. Qui clam tamen dixerunt papam non posse dispensare cum symoniaco in ordine. et hoc tali ratione. q̄ necessaria est renunciatio sed symoniacus in ordine characteri renunciare non potest ex executioni non quia illam non habet. Eld qd rno. potest renuncia re quātum in eo est offerendo se perpetue depositioni. vt. xxj. di. nunc autem. C Itē q̄ dixi posse episcopum dispensare intel ligō. si non episcopo sed alicui de suis comitibus pecunia data fuerit. quia si sibi symonia sua eum indignum redderet et dispense fare non poss̄t et hoc innuit canon ille. j. q. v. p̄sentium in pn. ybi dicit per pecuniam non episcopo sed cuidam principiū eius das taz. Sed viderur q̄ episcopus etiam cum symoniace promotis qui symoniaci non sunt dispensare non possit. vt. j. e. t. nobis. ibi enī in principio ponitur questio de promoto symoniace nō symoniaco. et in si. respondetur q̄ cum ipso non valer episcop⁹ dispensare. Eld qd rno quod in fine illis decre. dicitur non referas ad principiū et ad p̄imum castum. in quo certuz est posse episcopum dispensare. vt superius dictum est. sed referas ad casum qui ponebatur in decre. fm veterem cōpilationem que est hodie intercisa in qua tractabatur de vere symoniaco. Et qd dicitur ibi et qd dictum est per symoniacam prauitatem et c. sic expone vt dictum est in principio decre. sed in parte decisa. C Est autem sciendum q̄ is dicitur symoniace ordinatus vt promotus non tamen est symoniacus. quo ignorante et ratum non habete a consanguineis familiaribus et amicis cōmissa est symonia. vt probatur per iurā inducta. s. e. t. ultimo vidēdū est. et probatur j. e. sicut. Abi vero pecunia datur in dispensātiū promoti ab his qui nocere potius q̄ conferre intendunt prorsus ignorantē promoto et ratum cum ad eius noticiās venerit penitus non habete. promotio ipsius nequaq̄ afficit. vt. j. e. t. nobis. et multominus afficitur si eo prohibente pecunia detur. vt. j. e. t. sicut. Abi enī damni sentire debuit qui prohibuit vt. ff. de nego. ges. l. si duob⁹ in si. ff. de procu. l. pomponius. s. vlti. ff. manda. l. si pro te. C. de nego. ges. l. vlti. C In casib⁹ tamen nihil operatur prohibitio. vt. ff. de relig. et sump. fu. l. at si quis. s. si me prohibente. ff. de liberali caula. l. iij. ff. de appell. l. non tm̄. aliquando plus operatur expressa contradictione q̄ ta citus dispensātiū. Et est ratio. quia plerumq̄ quī facit presumit consentire. vt. liij. di. si seruus. C. de nup. l. siue proponis. ff. sol. ma. l. iij. s. qui clerici vel vo. insinuante. s. de sponsa. ad id. s. de despon. impu. letteras. s. qui ma. accu. pos. insuper. Quāuis re gula iuris contrarium dicat qui facit non consentit nec tē. ff. de re. iuril. l. quī facit. Aliquādo plus operatur absentia q̄ cō traditio. vt est videre in sententia. vt. ff. de re iudi. l. duo ex tribus. ff. de arbitri. l. si in tres. Item in electione vt. s. de elec. q̄ si cut venerabilis bone memo. s. cremoni. s. de postu. in secunda bone. Et nota q̄ dispensatio fit aliquando semiplene vt cuz dispensatur cum aliquo vt in minoribus tm̄ valeat ministrare. vt. s. qui cle. vel vo. c. iij. et. j. q. i. si quis heretice. Plene vt cum p̄mittitur ad sacerdotium et non vñterius promoueri. vt. s. qui cle. vel vo. c. i. et. j. q. vij. convenientibus. Et plenus vt cuz permittitur alicui vt fiat episcopus et non primas. vt. xij. di. nos cōsuetudinem. Plenissime vt cum ad omnia dispensat. vt. xxij. ques. iij. ipsa pietas. C Itē queritur nūquid potest episcopus dispensare in symonia cōmissa in exequiis mortuorum. in bī dictionib⁹ nubentū. in cōmpterij. concessione. in crismate recipiendo. et consimilibus minoribus speciebus symone. Credic̄ q̄ sic post peractam pñiam eo q̄ non prohibetur. ar. ad hoc. j. de sen. ex. nuper. Nec obstat. j. q. i. erga. quia loquitur in symoniaca dignitate. sic loquitur decre. j. e. t. nobis in si. C Querit an sacerdos peccet vel symoniā cōmittat missam pro denariis celebriando vel alia officia exequendo. Ad qd rno si sacerdos non teneatur ad illud pro quo pecunia recipit et sumptus ei desunt nec peccat nec symoniā committit. vt. j. q. i. duces vel iudices. Nam et operas suas locare potest ad tempus vt. j. e. t. pro xi. c. vlti. dum tamen in celebratione misse vel aliorum officiorum principalem intentionem suam ad remissionē dirigat obtinendam. secundario autem habere potest respectum ad denarios quos percipit. Illa autem officia ad quē netur pro pecunia celebrare non debet sine pecunia non celebatur. alioquin symoniā committit. vt. j. q. iij. vendentes. sed et si non teneatur ad illa habet tamen alias sumptus suos

textu fass. si civiliter agatur per actionem in factum revocat  
vſq; ad triginta annos. vt. ff. de re iudi. l. diuus. Si vero aga  
tur criminaliter per modum accusandi tunc revocatur vſq;  
ad viginti annos. vt. C. eo. t. l. querelam. Sed si per modum  
exceptionis impugnetur hoc licebit perpetuo quia exceptiones  
perpetue sunt. vt. ff. de excep. l. pure. S. vlti. insi. de excep. & C.  
eo. ti. l. si pactum.

C. De sortilegij. Bīca.

## Ictum est supra de

crimine falsi, sed q̄ sortes & divinationes in falsitate consistunt dum sortilegi & divinatores qd̄ dei est propriū videlicet sutora predicere sibi falso assumunt. & cū non sint se prophetas esse ostē dunt. Ideo subsequenter ponitur hic rubrica de sortilegiis. **C**videndum est igitur quid sit sortes. quot species divinatio nis que divinatio prohibita que per missa. qua pena puniantur sortilegi & divinatores. **S**ortes est ars diuinandi. Diuinatio proprie in malo accipitur. prophetia vero in bono. vnde canon dicit. nūq̄ diuinatio in bonam partē accipitur. Videbantur quidam sibi esse prophete. sed q̄ pecuniam accipiebant ppbe tia eorum facta est diuinatio. i.e. diuinatio eorum que videbatur prophetia declarata est diuinatio. vt. i. q. l. nūq̄. **S**ortilegi autem sunt qui sub nomine ficte religionis per quas das quas sanctorum seu apostolorum vocant sortes divinationis sententiam p̄fitentur. Aut quarumcunq̄ scripturarum inspectione futura promittunt. ut. xxvij. q. i. c. i. **S**pecies diuinatiōis mīste sunt. que enumerantur. xxvi. q. iiij. igitur. & q. v. episcopi. & c. nec mirum. **O**mnis autem diuinatio quocunq̄ modo fiat & qualitercumq̄ vocetur. prohibita est & damnata ut. xxvi. q. v. per totum & i.eo. ti. per totum. **S**ed obijcitur ex eo quod legitur. xxvi. q. iiij. sortes non est aliquid mali. sed est res in humana dubietate diuinam iudicantis voluntatem vt. xxvi. q. iiij. sortes. Itē opponit rex eo q̄ legitur. xxvi. q. v. non licet. vbi dicit nec in collectionibus herbarum que medicinales sunt aliquas obseruationes aut incantationes sicut attendere nisi tantum eis simbolo diuino aut oratione dñe. ut. in deus creator oīm & dñs honoretur. **T**ies opponitur exemplo mathie apostoli. ut. xxvi. q. iiij. non exemplo. Nam q̄uis non statim debeamus recurrere ad sortes ut. xxvi. q. iiij. non statim. cum tamen non sup̄ est hūanum auxilium recurrere possumus ad diuinum vt. xxiij. q. iiij. queritur. & in dubijs s̄m leges ad sortes recurritur vt. ff. de iudi. l. sed tamen ambo. C. cōia dele. l. si duobus. **T**ies obijcitur q̄ iuste p̄cepto domini per sortes exquisitus peccatum achor quod cōmiserat sumene furtive regulam auri & clādem cocci. de anathemate iherico que histōria tāgitur. i. q. iiiij. **S**. item peccato achor. **T**Item opponitur q̄ saul sorte depribendit ionatham filium suum comedisse sauum mellis cōtra edictum quod posuerat. ut tangit hoc. xxiiij. questio. q. iiij. **S**. itē opponitur. Eld que r̄no. exempla veteris testamēti nō obstat quia hec & alia permittebant ante euangelium que tempore perfectionis discipline penitus sunt eliminata ut. xxvi. q. iiij. **S**. his ita. Exemplum de beato mathia non obstat q̄ priuilegia singulorum non faciunt cōem legez. ut prealle. c. nō exemplo quod autem dicit augu. sortes nō est aliquid mali. verum est in s̄i natura. prohibentur tamen quia propter assiduitatem vte dilibuntur homines in ydolatriam. sicut de iuramento dicte & de vni potatione vt. s̄. de iureitā. & si xp̄s. vnde si esset cā honestatis & subesset necessitas vt si esset contentio de electōe aliquorum & esset paritas vtrōbīg in omnibus. Scriptit lauren. & Ra. q̄ exemplo mathie possunt fieri sortes. & hoc agit. Beda dicens. si qui necessitate aliqua compulsi deum putant sortibus exemplo apostolorum esse consuluendum. vi deant hoc ipsos apostolos non nisi collecto fratrum cetu & p̄ cibus ad deum fusis egisse. ut. xxvi. q. iiij. non exemplo. sed & si ita scripserint doctores illi. decre. tamen hoc reorobat que dic licet nota non caret quīsmō iusta reprehensione sit dignum q̄ sortes in talibus interuenit ut. i. e. c. ecclēsia vestra. vnde in causa premisso potius putarem gratificanduz per superiorē vñterum eligendum vt nota. s̄. de elec. **S**. sed videatur. **P**ea sortilegorum s̄m leges capitula est vt. C. de mal. & malhe. l. ne mo. Peña vero canonica est multiplex. **N**az in talibus si peccatum est notorium eorum eucharistia denegatur vt de con. di. ii. pro dilectione. Item infames sunt non solum ipsi sed & q̄ ad eos concurrunt ut. i. q. viij. quis quis sunt. & alle pene que co. tinentur xxvi. q. v. In multis capitulis ibi postis & maxime in .c. contra ydolorum. **S**ed nunquid licet recurrir ad sortes & ad inspectionem astrolabij. vel alias inspectiones pro rebus perditis recuperandis. Dicunt quidam q̄ si non sicut inspectiones huiusmodicū invocatione demonū vel alicuius superstitionibus licite fiat aliter recus. Sed puto contrarium ut. i. e. c. ex iuarum. Non obstat. xxvi. q. iiij. hi qui. Nam canon ille loquitur de comparativa p̄missione. Item non obstat. xxviij. di. si quis gramaticam. Naz licet dicatur ibi q̄ arithmetica & geometria habeant in sua scientia peritatem subdit

tamen q̄ non sunt scientie pietatis.

**C**De collusione detegenda. **B**ica.

## Via is qui colludit

In falsitate consistit. nam aliud agit & aliud similitudinē accusat. & cum accusato colludit. ideo post tractatum de falsis & sortilegiis sequitur rubrica de collusione. **V**ideamus igitur quid sit collusio. & q̄ colludentium pena. **C**ollusio est inter actorem & reum latentes & fraudulenta conuentio. **C**um autem collusio in crimina si causa plerumq; scz quando accusator veras criminum probatōes abscondit seu dissimulat. Falsas vero accusatiōes admittit & per hoc incidit in vitium prevaricationis & extra ordinem punitur. vt. ii. q. iiij. **S**. item prevaricator in versi. sciēdūz & **S**. prevaricatorē. **E**el quando accusator in vniuersum ab accusatione desistit. & per hoc incidit in vitium tergiversationis. Is in quinq; libris aurū punitur & infamatur. ut. ff. de p̄ua. ri. l. prevaricationis in si. **E**nde circa hoc distinguendum est. Nam causarum tria sunt genera. **A**lia ciuilis. alia criminalis alia spiritualis. Item a lite duobus modis recedit. **P**er gratiam. & per transactionem. In causa ciuilli quandocunq; quo modocunq; etiam sine iudicio auctoritate licet a causa desistere p̄ter q̄ in actione famosa in qua sine auctoritate iudicis transfiginō potest. vt. ff. de his quino. insa. l. furti. **S**. pactus. In causa vero criminali ante inchoaram accusationē per gratias licet desistere. vt. ff. ad turpiss. l. mulier. & l. quesituz. post iocham non licet citra auctoritatem iudicis & etiam rei cōlensuz si tormenta vel vincula passus sit. ut. C. de aboli. l. ii. vel pp̄ter accusationem infamatus. ar. v. q. i. quidam. & si desisterit icidit in turpiss. si publicum fuerit crimen quod intēdit. ut. C. ad turpiss. l. i. Si priuatum extra ordinem punitur. ut. ff. e. o. ti. l. si ges repete. **C**ū autem s̄m iura canonica omne crīmē sit publicū videt q̄ in nullo possit interueniri transactio. posset tamen dici q̄ in omni crīmē in quo potest iudex ecclesiasticus dispensare potest & transactioni & simplici renūciatiōni auctoritatem p̄stare. ar. v. q. iiij. si primates. & xc. dis. dissidentes. In cā spirituali licet quandoq; per gratiam a lite discedere sed qui sine iusta causa discedit punitur. ut. i. q. viij. qua propter. s̄. de symo. nemo p̄ter transactionē vero a causa spirituali recedere non licet vi. s̄. de transac. super eo. & c. p̄terea. **E**bī autem in causa criminali vel spirituali a lite quis desistit aliter q̄ debeat. ad iudicem pertinet ex officio suo inquirere. ut. i. e. o. c. i. & i. q. iiij. & C. de abo. l. ii. & l. fallaciter. Sed vbi ex iusta causa vult desistere iudex abolitionem indulgere debet. vt. C. de aboli. l. i. & i. q. iiiij. **S**. abelitio. In causa vero mixta inter ciuilē & criminalē. vt cum quis accusat uxorem de adulterio in foro ecclesiastico ad thori separationem. potest maritus quando vult ab accusatione desistere. cum etiam de adulterio condemnaram. sibi reconciliare possit. vt. C. de adul. in aus. sed hodie. s̄. de cōuer. sio. coniuga. gaudemus. & de donatio. Inter virum & ux. plebūm. & xxvij. q. i. de benedicto. sed inquisitor colludere dicitur cum eo de quo inquirit. ut. i. e. o. ti. in tantuz clamor. **E**nde si inquisitor eum de quo inquirit per collusionem absolutat. tal absolutione non impedit quo minus iterum inquirat. vt. i. e. o. c. i. & i. q. iiij. si quem penitet. ut. ff. e. o. ti. l. cum non iusto. & l. collusionem & l. sententiam. vnde sicut probata prevaricationē dentio accusatur absolutus ut. ff. de prevarica. l. iiij. sic & probata collusione vt dictum est. **P**ena colludentis hec est. si quis colludat in cā super beneficio. p̄tuef beneficio. vt. i. e. o. audiuim⁹. si super crīmē pūtatur in quinq; libris aurū. ut. ff. de prevarica. l. iiij. & hanc penam nemo prestari nisi qui desistit a publico crīmine. ut. ff. ad turpiss. l. si q̄. **S**. stellionatus. Sed qui desistit ab accusatione priuati crīmīnis est infamis & extraordīnes punitur ut. ff. ad turpiss. l. in priuatis. C. e. o. ti. l. i. q. led si absens est accusator & citatus noluit in accusatione procedere tunc graui⁹ punitur q̄ pena. v. librarum aurū ut. ff. de penis. l. absentez. **S**. ii. **E**re causa statutis is qui colludit perdit ius quod habebat i psona illius. de cuius statu agebatur & applicabatur illi qui collusionem detexit. ut. ff. de collu. l. i. & C. e. o. i. l. vlt. & ff. de in ius vo. l. adopriuum. **S**. patronum. En alijs autē ciuib⁹ causis punitur colludens pro motu iudicis quez delusit. **C** In summa sciēdūz est q̄ colludunt principales & colludunt aduocati q̄ in causa criminali colluserint extra ordinem punitur vt. i. q. iiij. **S**.

q.ij. §.notandum in ver. prevaricatori. colludunt & pertratores qui se dolo parvum super aris in lite contra quos agitur de do lo sed si non sunt soluendo tunc agitur contra illos cum quibus collusum est nisi parati sunt in se transferre iudicia. ut. ff. de do lo. l. eleganter. s. si dolo.

De delictis puerorum.

Bica.

## Ictum est supra de

quibusdam criminibus sed qd dubitari possit an pueri huiusmodi criminibus involvatur. Ideo subiicitur hic rubrica de delictis pue. **C** Est igitur videndum qui pueri teneantur ex delicto. & qui nō. & que delicta in puerū cadunt & que non. & qualiter pueri delinquentes sunt puniendi. **C** Pueri septēnes dolē capaces obligant ex delicto. Sicut dicit augu. in quadam glosa. posita super. c. de con. di. iij. pūlli. septēnis etatis pueri mentiri & verum loqui & confiteri & negare iam possunt. & ideo cum baptisant & simbolum reddunt & ipi per se ad interrogata respondent. se eus si non essent dolē capaces ut. ff. de re. iuris. l. pupilius. & ff. ad le. acq. l. sed & si quecunq. §. l. & ff. de dona. l. heredibus. §. l. sed qd quis ex delictis pueri teneantur ut dictū est. nec eis subueniatur per in int̄. resti. ut. C. si aduersus delict. l. i. interdum tamen miseratione etatis ad mitiorem penam iudicem p̄ducit ut. ff. de mino. l. auxillium §. in delictis. de con. di. iij. eos. sed si ex delicto conuentus minor potuit confiteri & vitare penam iudicationis & negavit vel si potuit transigere & non fecit sed se in pena involvū subueniit ei per beneficium restitutionis. ut. ff. de minori. l. si ex cā. §. nunc videndum. sed qd quis subueniatur minoribus sicut dixi tamen impunitas delicti propter etatem non prestatur ut. C. de penis. l. impunitas. qd tamen fallit ut. C. de falla. mo. l. l. in fine. **C** Peccata que membris genitalib⁹ committuntur in pueris locum non habent. ut. j. eo. c. l. hoc ens ante puberes annos presumuntur non committi. solet tamen in quibusdam malitia anticipare tempus pubertatis. ut. s. de despō. impube. a nobis. & aliquando temptant quod implere nō possunt. ut. s. de spon. iuuenis. & c. adolescentis. & in hoc qd ex malitia supplente defectum erat temptant. Intelligo eos peccare si non cum proprijs sponsis temptant. semine etiā ante tps pubertatis cognosci se faciunt. ut. s. de eo qui cognosc. consan. vro. sue. iordan. **C** Sz qd ritur de giurio an pueri detinunt & videtur qd sic. nam mendacio plena est puerilis etas. ut hic. c. l. & valet pupilli iuramentū ut. ff. de libera. cā. l. vlti. vnde sic pupillus potest iurare & detinere. sed contra ff. de iure iurant. l. qui iurasse. vbi dicit qd quis non videatur detinere pupillus qd sciens fallare non videtur sed lex illa loquitur in infante vel in fanti proximo qui nec scire nec discernere potest ut. ff. de acq. here. l. pupillus.

De clero venatore. Bica.

## Actenus tractatum

est communiter de delictis clericorum & laycorum nunc aut tractatur de quibusdam excessibus clericorum. vnde subiicitur rubrica de clero venatore. **C** Elideamus ergo quot modis sit venatio. quibus sit licita & quibus non. & que pena imponatur clero venatori. **C** Triple est venatio. oppressiva. s. hominū arenaria & saltuosa. **C** Oppressiva est hominū & sp̄ est illicita. de qua dicitur cepit nemroth esse robustus venator corā dño. i. hominū extinctor & oppressor ut. xi. dist. hisitaq. Arenaria est que sit i. arena. vt cum quis locat operas suas vt pugnat in arena cum aliis qua bestia dentata. hanc qui exercet peccat grauiter nisi ea exerceat gratia virtutē experientiarum ut. ff. de postu. l. i. §. itez senatus. iij. q. viij. §. tria. in versi. infames circa pīm. & de hac loquitur canon ille. lxxvi. di. qui venatoribus. cū duobus sequentib⁹ ca. Saltuosa est que sit in silvis & saltib⁹. & hec est illicita excepte & persona. In tempore ut in quadragesima. ut. lxxxvi. di. an putatis. Ex persona. ut in clerico. in quo tamen distinguendum est. qm̄ episcopo sp̄ est illicita. ut. xxxiiij. di. quoniam. Elly clerici est licita causa necessitatis. visitatio. & recreationis cum retibus & laqueis & canib⁹ dummodo cum silentio & mode sita fiat. Nam & monacho licet texere linea pro piscibus capien-

dis. de conse. di. v. nunq. licet etiam tpe feriato. vt pote diebus dñis & festis preterq. in maioribus solemnitatibus ingruente necessitate intendere piscium captioni. ut. s. de seris. licet. & idem puto in captione ferarum. eo tamen modo quo predixi. Illa vero venatio que sit cum clamore. cursu vel armis. clericis est illicita. & in hoc etiam excipio casum necessitatis. Quid enim si apri vel vīsi venirent destruere clericorum vel monachorum legetes & vineas. satia credo qd possent venari. hoc ē feras illas excludere cum clamoribus canibus & armis. quia quod non est licitum necessitas facit licitum. ut. j. de re. iuris. qd non est licitum. hoc excusat a furto homicidio. vt in rubricis illis de furto & homi. mortuū inuenies. hec saltuosa licita est laycis pro carnibus & pro pellibus alias non. **C** Sed queritur qd re clericis prohibetur venari & non pescari. R̄no. quia vēatio sit cum clamore. pescatio non. vel qd maior delectatio est in vēatione qd in pescatione & maior dissoluto. **C** El ideo. quia vēator discurrat per deuinā & inūla sicut dyabolus cum ducit animaz captiuam.

De clero percusso. Bica.

## Uperius tractatum

est de quodam excessu clericorum qui venādo cōmititur. nunc tractatur de quodam alio qui committitur feriendo. & ideo ponitur hic rubrica de cl. percusso. **C** Elidendum est igitur qui dicantur percussores & in quibus casibus liceat clericis percusere. & que sit pena temerary percussoris. **C** Percusso duob⁹ modis dicitur spiritualis & corporalis. Spiritualis qui inutili sermone corda audientium ferit. ut. xlvi. di. sane. Discretus debet esse platus i. predicando. vt non multum faceat. nec verba superflua dicat. ut. xliij. di. si rector. Et sic nō leue discrimen in cūbū pontificibus siluisse quod congruit. sic obseruare debet ne indignis. & non intelligentibus secreta mysteria sua predicatione reserare incipiat. Altum enim anime est indignis secreta vulgare. qd vel loquacitate inculta cui sine iudicio volat irrevocabile verbum vel adulatio ut ei placeat cui secreta reuelat. vel iactatione scientie ut plura scire videatur vt probantur hec. xliij. di. dispensatio. & §. sequenti. & vli. q. i. oportet. Item nō debet populis gramaticam exponere ut. lxxvi. di. cum multis sed consilium dñi armuciare ut. xliij. di. ephesij. ponere autē ante oculos hominum dei iudicia. terrere cruentas conscientias p̄suadere pīas ut. iiij. q. i. si peccauerit. Et sic dicit aug. turba iniquorum cu. facultas est in populis promendi sermōe generali. ob iungatione serienda est & maxime si occasionem atq. importunitatem aliquod flagellū dñi desuper quousque apparet. p̄ suis meritis vapulare ut. xxiiij. q. iiiij. non pōt. neminem autē nominabit. ut. viij. q. iiij. quid autem in quibus omnibus profecto das intelligi quanta debet esse discretio in p̄dicatōe sacerdotis qd si forte caruerit quasi torto nabo sacerdotalis officij iudicatur in dignus ut. xliij. di. in fi. **C** Est & percusso corporalis & hec sic manu pede vel capite vel cubito vel pectoris & humeri ipsius. Sit cum baculo vel alio genere armorum. **C** Corporalis percusso si fiat malitia vel ex odio peccatum est ut. xlvi. di. cu. beatus. Sed & si quis pugno p̄cutiat impie & dicit ludens feci nō excusatur. ut. s. de pīsum. sicut. Nam ludus noxius est in culpa ut. ff. ad le. acq. l. nā ludus. qd enim ludos appellat ex quibus crimina oriuntur ut in p̄hemio digestorum. sed si quis plāe socialiter & ex ludo p̄cutiat non delinquit ut. ff. de iniurijs. l. illud & xv. q. i. illud. Si vero fiat cā correctionis llcita est ei qui habet potestatem in eum quem percunt ut. xlvi. di. cum beatus. xliij. dist. ante omnia. Hoc tamen sciās qd neminem suis manibus eis verberare potest ut. lxxvi. di. non licet. sed p̄ alios sic ut. q. v. ille qui. & si clericum faciat p̄cuti non faciet hoc per laycum sed per clericum. ut. j. de sen. excōi. vniuersitatis. nisi clericus sit oīo incongruus nec comprehendendi patiatur ut tunc per laycum capi possit. dum tamen non amplius layci violētia se extendat qd exigit rebellio vīl defensio clerici ut. j. de sen. ex com. ut same. **C** Item distinguendum est circa qualitatem p̄sonarum que corrigende sunt & etiam circa criminum quantitatem. nam qui sunt in minoribus ordinibus p̄stirū licite verberantur etiam p̄o minoribus criminib⁹ ut. xlvi. di. §. salomon. & xliij. di. ange omnia. qui vero sunt in maioribus non sunt p̄ leibus verberandi ut. xlvi. di. cum beatus. his sunt casus speciales in quibus licite p̄cutitur clericus quos notabo. j. de sen. ex com. Ebbas autem vel prior potest licere monachuz vel cō

uersum verberare causa discipline. vnde beatus gregor. scribit beatum benedictum quedam monachum virga percutiendo sanasse quem crebra monitione curare non poterat ut. x. lv. di. S. salomon. hoc tamen sic facere debet vt subditis pietas matrem disciplina vero patrem exhibeat vt. xlviij. di. S. hoc est alibi. **T** Pena percussoris est hec qd prohibetur per aplz or dinari. vt. xlv. dl. in pñm. si fuerit promotus et non habebis respe ctum ad suum ordinem et incaute et temerarie percutiat suspe ditur ut. j. eo. c. pterea. et si se non emendauerit deponatur ve j. eo. c. i. et salvo qd si ex incauta percussione mōis interueniat etiam si causa discipline fiat irregularitas contrahitur vt. s. de boici. presbyterum. et de hac materia in rubrica illa notauit.

**C** Be clerico maledico. **R** ica.

## d. **Ictum est supra de**

clerico percus. et ibi distinctū extitit qd percussio alia sit manu alia lingua. in hoc ergo tractatu in ficitur circa illam speciem. s. percussione lingue et iō subiectur hic rubrica de cle. maledico. **T** Est autē videndum qd dicatur maledicus. et que sit pena maledici. **A** Ma ledicus est is qui obloquitur de homine detrahendo ei et eū obloquīs deprimendo. vt. j. e. c. i. Summa enim iniquitas est detrahere. Omnis enim qui detrahit fratri suo homicida est. vi. vi. q. i. summa. et alibi dicitur detractores fratrum homicidē sunt. ut de con. di. i. homicidiorum. vnde nec tui cōmandādi causa aliquid dicas quo mino alius fiat. ut. xi. q. iij. si qd vero xcviij. di. nullus vero. et c. ecce. si quis autem verbum iniurio sum dixerit proximo delinquit in deum. et peccat in proximis vnde datur proximo actio iniuriarū ut inst. de iniur. S. i. ff. de iniur. l. ita apud labonez. S. cōvium. et C. eo. si. l. si non con uitū que famosa existit. vt. ff. de his qui no. in fa. l. athletas. S. vlti. et C. ex quibus cau. infa. irro. l. iniuriarū. S. de sen. et re iud cum te. **E**st etiam maledicus blasphemus dei et sanctorū. vt. j. eo. c. statuimus. **T** Punitur detractor. qd sit infamis et ab ecclsa extonis ut. vi. q. i. deteriores. Item punitur ut homicida vt in preall. c. homicidiorum. non qd ita graue sit crīmē de trahere sicut occidere. sed qd sicut homicida punitur pēa eterna quo ad deum. sic et detractor. sicut in evangelio dicitur qui dixerit fratri suq racha reus erit gebēne. Item clericus male dicus si in iudicio de hoc fuerit conuictus degradatur ut. xlvi. di. clericus maledicus. **T** Louicator fratri punitur pena pecunaria facta estimatione iniurie arbitrio iudicis fm qualitatē et quantitatē iniurie. vt inst. de iniur. S. i. summa. et hoc si ciuiliter agatur. Si autem criminaliter agatur extraordīna ria pena officio iudicis reo interrogatur. vt ibidem. Si quis autē contumeliam vel conuictia epo intulerit mot depositus curie tradetur. ut. xi. q. i. si quis sacerdotum. et maxime si i depresso nem dñi pape aliqua protulerit. ut. j. e. c. i. Aerūtamen in hoc sancte ac religiose dicere posset summus pontifex sicut dicit dominus imperator. Si qd modestie nescius et pudoris ignarus improbo petulantiq maledico nostra crediderit lascivēda ac temulentia turbulentus obtructor ipsorum fuerit. pene nolumus subingari. neqz durum neqz asperum aliquid suffine re quoniam si ex leuitate pcessit contemnendum est. nec lubit cum lingue ad penam facile trahendum est. vt. ff. ad. leg. ius. ma. l. famosi. Si ex infamia miseratione dignissimū. si ob iniuriā remittendum. i. ad principem transferendum ut. C. si qd impera. male. l. vna. Si quis autem contra deum vel aliquę sanctorum suorum et maxime beatam virginem linguam in blasphemā publice relaxare presumperit. per suum ep̄m penē subdatur annotate. j. eo. c. statuimus. que pena locū habet cum blasphemā non calore iracundie. nō ebrietate vel demētia prolatā est. als cum blasphemante benignius ageretur ut. q. iij. si quis fratus et S. notandum. C. de rebus cred. et iure sur. l. iij. C. de iniur. l. si non conuictus. et vi. s. dixi. cū quis male dicit imperatori. **T** S̄ qd ritur de pena pecunaria que in fi. il lius decre. statuimus adjicetur quare sit adiecta. Respondeo ideo. qd plures magistri penam pecuniariam qd etiam corporalem. et propere a imponit illa que magis timerit. ut. s. ut lite non contest. quoniam frequenter. Sed queritur. cui hec pena pecunaria solvatur. Et viderur qd potestati seculari ex eo qd dicit in fine qd etiam inter alia cōmunitatum statuta ponat. **E**el dic qd hoc crimen ecclesiasticus est. a quocunq commis sum et ideo pena illa soluetur episcopo in vlus paup̄erum con

vertenda. ut. s. de fo. cōpē. cum sit. s. de vñris cum tu. **E**el si vis distingue personas et distribue penas. vi pena clerici blasphemī soluas episcopo et pena laicū solvatur potestati. Et nota qd hec pena pecunaria est irremissibilis. ut in fi. illius decre. sta tuimus continetur. vbi dicit nullam in hoc misericordia habi turus. Illam enim clausulam ad penam pecuniariam refero. non ad superiores. Et intelligo si blasphemus. habeat vnde soluat. ceterum si paupertas impossibilitatez inducat iudex ecclasticus in flagella comutet. ut. s. de rapto. in archiep̄atu xij. q. iij. fraternitas. xij. q. vi. si res aliena. s. de iudei. postulasti et c. ad liberandam. Sed hec omnia pro tribunali sunt sed i iudicio anime sacerdos discretus molliet hunc rigorez et misericordia nō negabit qd misericordie dei nec mēturas possunt ponere. nec tempora diffinire apud quē nullas patitur venie moras conuersio ut. xxvi. q. vi. h̄i qui.

**C** Be clerico excōicato ministrante. **R** ica.

## d. **Ictum est supra de**

quibusdam excessibus clericorum sed quoniam clerici delinquentes plerūq excommunicantur plerūq interdicuntur aliquotiens deponunt et nibilominus claves ecclesie contēnentes irreuerens ingerrunt se diuinis. Iccirco subiectur hic rubrica de cle. ex. interdicto vel depo. mi. **T** Evidētū ē igitur de pena istorū qd quantum in eis est mysteria sacra prophanant et an cum eis valeat dispensari. **E**st autē sciendum qd excommunicatio. alia maior. alia minor. **A** Maior excludit a sacramentis et a cōione fidei. Minor autem tm̄ a sacramentis excludit ut. s. de exce. a nobis. j. de sen. ex. c. penul. sed totum contrarium dicit canō iij. q. iij. engeltrudam. Ibi enim dicit qd engeltruda non solum sicut excoicata minori excommunicatione que a fraterna sociate separat. sed etiam maioris que a corpore xp̄irescindit. Sed exponenda sunt verba illa sic vt intelligamus fraternam societatem quā contrahimus in communione sacramentorum. copius autem xp̄i ecclesiam vt ibi dicit. per ecclesiam vero intel ligas collegium fidelium vt de con. dist. i. ecclesia. Item sciendum est qd due sunt species minoris excommunicationis. una ē que excludit a sacramentis et hec qnqz ibis a iure ut pote per principiū excoicati excommunicatione maiori ut. j. de sen. ex. nup. Quandoqz ab homine per sententiam. ut. v. q. i. c. iij. Allia spēs excommunicationis minoris separata a communione fidelium et non sacramentorum ut. v. q. iij. presenti. et q. iij. in loco. xvij. di. placuit. xxxij. dist. quorundam. lviij. di. si quis de alterius. ex communicatione igit̄ maioris excommunicatione et minori fm pilimā speciem diuina officia celebrare non debent. et si hoc fecerint alter deponetur. ut. j. eo. c. latores. alter grauiter peccat nullius tamen notam irregularitatis incurrit ut. j. eo. c. si celebret. qd intelligo si solēniter celebrat iuxta precedentem consuetudinem et ut prius. ut hec probantur. j. eo. c. illud et xi. q. iij. si quis dam natur. et c. sequenti si quis ep̄s. secrēto tamen non officiando ecclesiam sed solus legendo non cantando et sic plane ut a nomine audiatur dicere horas pōr et debet missam aut celebrare non potest quomodo cunqz nec sacramenta ecclesiastica p̄ficiare ut. xxvij. di. presbyterum. **T** Situ qras que est rō quare excommunicatus teneatur dicere canonicas horas. Rō qd oneris est et ideo hoc non tollitur alias ei sententia prodesse quod esset iniquum. nam evidenter iniquuz est ei prodesse sententiā contra quem lata est ut. ff. de excep. re iudi. l. evidenter. et pena non haber immunitatem ut. ff. de interdic. et releg. l. relegatorum. S. vlti. nec aliquid esse habet delictum cuj vñia ut. ff. de mino. l. papinianus. et ppter ea qd excommunicatus divina non potest celebrare officiando ecclesiam ut p̄i. fructus beneficij non percipit excommunicatione durante ut. s. de ap. pastoralis in fi. et xxxij. di. preter hoc. et si reconciliatus fuerit. fructus illius temporis non recuperat sic regresso iure post liminiū non restituuntur stipendia eius temporis quo fuit ap̄s hostes ut. C. de re. milii. l. stipendia. hec est etiam causa quare excommunicato non consertur beneficium. ut. s. de eta. et quāli. p̄fi. cum bone memoie. Nam beneficium datur ratione officij ut. l. vtrri. di. si quis sacerdotum. et c. eos. hec omnia que dicta sunt in excommunicato locum habent et in interdicto. nam vterqz ingeneris se diuinis est in causa depositionis ut. j. eo. c. clerici. Nec obstat qd ibi dicit nisi moniti sine dilatatione redierit qd nibilominus et si redierit possunt deponi. sed si redierit ad statum

statum & obseruantiam interdicti poterint dispensationem obtinere. Nec obstat. i.eo.c. postulasti. s. prieterea. vbi dicitur q. clerici qui talia presumperint beneficijs sunt ecclesiasticis spoliandi. Nam ibi suppleo & officijs. vel ibi agitur de clericis celebrantibus in locis interdictis non de clericis interdictis. Et quod dixi in clero interdicto dico in clero suspensiō dūmo do ab officio sit suspensus. hec enim duo equipollentia sunt & eundem habent effectum. clericum interdicti & suspēdi. Unū tamen non omittit notare q. excommunicatus excommunicatiō minori potest exercere ea que sunt iurisdictionis & eligere pot & non eligi & sacramenta ab eo collata non carent virtus esse eti. cum non videatur a collatione sed a perceptione sacramentorum que in sola consistit perceptione remotus. peccat tamē conferendo sacramenta sed leuiter. q. vt predixi nō est exclusus a conserēdo sed a percipiendo. sed celebrando peccat grauitate vt hec omnia colliguntur. i.eo. si celebriat. **C** Sed mirū est q. excommunicatus excommunicatione minori celebrādo peccat grauitate. non tñ irregularitatem incurrit cum ex oī mortali quis constitutatur irregularis irregularitate canonica vt promoueri non possit. vt. xxv. di. s. nunc aut. t. c. p̄muz. & promotus sit suspensus quo ad se. vt. i.q.i. sacerdotes. Ad quod r̄no q. dicit illa dec. si celebrat nullius notam &c. sic intelligo quantum ad id quod ibi sequitur. s. quo minus eligat & quo minus exequatur que iurisdictionis sunt secus que sunt officij. Sed queritur de deposito seu degradato an conficiat. Et videt q. sic. q. ordinem non amittit. vt. xx. q. iij. eos. i.q.i. q. quidē. de. co. di. iii. ostenditur. xxxij. q. viij. licite. ar. contra. l. di. accedens. xi. q. iij. e.p.s. lxxxi. dist. dictum. xxij. q. viij. clericis. liij. di. ex. antiq. Ad hoc r̄no. puto ipm non confidere. potuit enim ecclesia auferre potestatem conficiendi quam contulit ordinando. Quid est character qui aie infigitur non possit auferri. Cum eo qui excommunicatur se sciens in contemptū clavium presumperit celebare diuina non potest alius a papa dispensare nec etiam synodus ut. xi. q. iij. si quis e.p.s. damnatur &c. si quis in cōcilio.

**C** De clero non ordinato ministrante. **B** Ica.

## A superiori rubrica

dictum est & tractatum de his q. excommunicati interdicti depositi ministrant. hic tractatur de his q. non ordinati hoc faciunt. & ideo subiicitur hic rubrica de cle. nō or. mi. Videamus igitur an talis celebrando conficiat. & an cu eo valeat dispensari & in quo. **C** Est aut sciendum q. talis si celebrat non conficit. nullus enim celebrat nisi sacerdos grite fuerit ordinatus ut. s. de sum. tri. & si. ca. c. firmiter. de co. di. i. c. i. & c. sicur. lxxxi. de. dictū. **C** Plūquid autem nō ordinatus baptisare pot. R̄no non ex officio. sed sicut laycus in necessitate absente sacerdote pot ut. xxx. q. i. ad limia xciij. dist. dyaconus. de co. dist. iiiij. constat. Talis aut ab iacia ab ecclesia & nunq̄ ordinetur ut. i.eo. c. i. **C** In exequendo ordinem quem iam habet & in beneficio poterit cum eo per ep̄m misericorditer dispensari ne sustentatione privat ad seculi negotia revertatur ut. i.eo. c. i. Sic plerumq dispensatur in beneficio & nō officio. ut. l. di. studeat. xvij. di. presbyterij. & hoc iōne in vituperiū clericim mendicet miser clericus in plateis ut. xcij. di. dyaconi.

**C** De clero per saltum promoto. **B** Ica.

## Zictum est supra de

clericis non ord. ministrā. hic tractatur de ordinatis inordinate hoc est prepostere & per saltum. & ideo subiicitur hic rubrica de cle. p. sal. pro. de hoc autē quid iuris sit breuiter videamus. **C** Et est sciendum q. gradatim & per ordinem est ascendendum ut. ff. de mu. & bo. .l. gradatim & l. honor. s. gerendorum. C. vt dignitati ordo ser. l. i. & h. li. xij. Et ascendēdo est de minori ad maius. Nam qui prouehitur de minori ad maius puebitur ut. xcij. di. legimus in si. & per certas intersticias temporū ut. lxxvij. di. i. singulis. & c. quicunq & in sequentib. c. si quis ergo p. saltum promotus sit aliquo ordine pretermisso misericorditer agi pot ut cōferatur ei ordo pretermisso ut. i.eo. t. c. vno. lij. di. solicito. caute enim supplendum est quod omittitur ut. s. de sacra.

non iterā. c. pastoralis. Et s̄m hoc videtur q. aliquis nullum ordinem h̄ns potest esse sacerdos. Sed obstat. xl. di. sicut t. s. de cle. nō bap. mi. veniens. sed ad canonem R̄no. clericatus & sacerdotum faciunt sacerdotē. verum est recte & ordinate. Sed q. quis inordinate nibilominus ordo sacerdotalis s̄m formam ecclesie collatus efficit sacerdotem. Ad aliud aut r̄ideo speciale est in non baptisato vt nullum recipiat sacramentum q. baptismus est ianua oīm sacramentorum vt. xxxij. di. s. ve rum vbi enim non sit positum fundamentum nihil supereditificari potest. ut. i.q.i. cum paulus ut no. s. de p̄sbytero non bap. mi. Ep̄s autem sine sacerdotio quis esse non potest vt. j. ti. p̄xi. ex litteris.

**C** De eo qui furtive ordinem suscepit. **B** Ica.

## Zictum est supra de

bis q. ascendunt ad ordines per saltum. n̄t̄ tra ctemus de his qui ascendunt per furtu. Per furtum autem intelliguntur ascendere q. clandestine. pmouentur vt. i.eo. c. immotuit. hoc est contra conscientiam superioris ut. lxxij. di. extra conscientiam. Et ideo subiicitur bic rubrica de eo qui sur. or. sus. **C** Videamus igitur an quis posset ministrare in ordine quē furtive recepit. & an cu tali valeat dispensari. & per quem. **C** Et est sciendum q. si quis pmo getur ad ordines eodem die minores & ad sacrum. i. sacro nō poterit ministrare nec etiam in minoribus nisi ex permissione vt. i.eo. c. cum. b. lato. si vero promoueatur ad duos sacros i neutro poterit ministrare vt. i.eo. immotuit. **C** Sed opponitur primū ordinem bene recipit q. de cōscientia ordinatoris. Se cundū aut male q. furtiae quare ergo punitur in executione prioris. R̄no cu is q. ordinatur recipit primuz ordinem gerit in aīo vt illo non contentus eodem die recipiat scdm. & ideo anni destituzione peccat in receptione primi. In secudi vero receptione peccat re ipsa. i. p̄a receptōe & simile ad illud. s. de tē po. or. litteras. **C** Enī aut q. posset oīs ordines recipere dic ut no. s. de tē. or. s. ordines minores. Circa hec poterit quilibet dispensare si prohibitio facta non sit sub intermissione excommunicatōis vel pena ne q. ad oīs ordines eodē die ascendat vt. i.eo. c. i. immo videtur q. hoc liceat abbati in suo monasterio vt. i.eo. c. i. b. in si. licet quidam velint intelligere illud in epo q. vicem epi gerebat in ecclesia cui p̄reterat que regularis erat & epalis vt. s. de iudi. cām. sed si intermissione facta sit tūc dispense latō fieri non potest sine auctoritate & licentia pape ut. j. in. c. i. notuit in si.

**C** De excessibus prelatorum. **B** Ica.

## Ractauimus supra

de quibusdā excessibus subditorum in prelatos vt de his q. per saltum vel per furtū ad ordines ascendent. sed ne ex hoc aliqua prelatis obrepate elatio. subiicitur hic rubrica de excessib. pla. in subditos. Nos aut de multis excessibus aliquos p̄se quāmur. nec plati hoc ad animam revocent. currunt enī inter infamiam & bonam famam vt seductores & veraces. vt. vi. questione prima. sunt plurimi. **C** Excedunt prelati in exigendo duz imponūt tallias & collectas. vt. i.eo. c. i. & vt no. de hoc. s. de cēsi. & exac. s. nūc videamus. Excedunt vt dum ecclesie romane velleius legas in aliquo subuentūt querunt predā potius q. subsidiū in lib. lectis ut no. s. de rap. s. habent quida. cum deberent manus suas seruare inoxias deo legi & principi. nullūq contingere lūcruz. vt in aīo. de man. p̄in. s. i. col. liy. C. de superindic. l. i. li. x. ff. de dā. ifec. l. ex dāno. s. i. aīo. de coll. s. hoc quo q. coll. ix. nisi ex magna cā. & specialibus casibus. vt. xvi. q. i. s. nouaruz. s. de cēsi. cu apl. s. s. de iure pa. prieterea. Excedunt. q. de scili sine causa & sine ordine iuris excommunicant & suspendant. cum excommunicatio que est eterne mortis dānatio sine certa & manifesta causa ferri non debet. nec pro paruis & levib. causis. vt. xi. q. i. nemo. & c. nullus. i. q. i. nemo & c. deus op̄s. s. s. appell. reprobabilis. xij. q. i. indigne. j. de sen. ex. sacro. Excedunt. q. in iudicij. clericorum suorū consilij non vtuntur. cōtra id quod legis. xv. q. viij. c. penul. & vlt. sicut & p̄ses p̄tib. officialibus suis iudicare dī. ut. C. de sen. & interlo. om. iud. L

Cum sententiam. Excedunt quidam in nimio rigore. quidae in oimodar relaxatione rigoris cu ex vtroq; vnum sit faciendū temperamentū. vt nec rigor iusticie sit rigidus. nec mansuetudo dissoluta sit. ut. xlvi. di. disciplina. Excedunt qui superbe pre dicant et sine compassione cōdemnant. ut. xlv. dist. habet hoc propria et. c. vera iusticia. Excedunt dum malos clericos ordinat de quibus canon loquitur facit hoc nimia remissio sacerdotū nostrorum qui pompā multitudinis querunt. et putant ex hac turba aliqd sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa pluralitas etiam in his locis vbi solitudo est talium reperitur dum pec parochias extendi cupiunt aut quibus aliud prestare non pñt diuinos ordines largiuntur ut. lxx. di. si officia. Excedunt dum exquisita et singularia querunt. quos increpat Iheros. di cens in paupere domo et in tugurio rusticano qui vix millio et cibario pane ventrem rugiente saturare poteram. nunc similitam et mella fastidio. ut. xiiij. q. iiij. gla. Excedunt qui circa diuitias et ornatum ecclesiarum oē suum studium apponunt et de ministris nulla est cura. contra quos inuehitur biero. in preall. c. di cens. Harmonia nitent auro. splendent laquearia gemmis. alta re distinguunt. et ministrorum xpi nulla est dilectio. Excedunt in superbris gestis et elatis dum se inter sacerdotes gerunt dñabiliter. canone dicente. Ep̄s in eccl̄ia in consensu presbyterorum se collegam esse cognoscat. ut. xcv. di. ep̄s. Excedunt i p curatioibus ut no. s. de cen. et exacti. Excedunt duz inferiorum honoribus derogant. ut. j. eo. c. ad hoc. q. sicut non vult grauis oneris sarcinas ferre. ita no audeat alij imponere sporablem pondus. vi. q. vi. qui scit. Excedunt dum beneficia vacantia clericis conserenda sibi retinent. ut. j. e. c. ad aures. Qd non licet nisi ex cā cum suo capitulo prelatus statueret de aliquo personatu vel beneficio supprimendo. ut. s. vi. eccl. benef. fine dimi. conse. vt nostrum ut. s. de cōstitu. cuius accessissent. vel nisi hoc per privilgium seu indulgentiam alijs obtineret. ut. j. de ver. sig. ma nobis. Excedunt ep̄i dum ab abbatisbus et monachis aliqua exigunt cōtra ordinis instituta. ut. j. eo. c. sa ne. s. de symo. ne dei ecclesiam. cū ea. ad que tenentur abbates ep̄is scripta sunt. ut. xvij. q. iiij. hec tm. et. c. abbates. s. de offi. or. conquerente. Unde si ep̄i indebita et insolita exigant. possint abbates iure pplo denegare. ut. j. eodē. c. sane. et. c. cū ad quo rūndam. x. q. i. quia cognovimus. nisi prelatus esset in possessione vel quasi eius quod exigit. tunc enim illud subtrahere subditon non licet. ut. s. vi. vt lite pen. a memoria. xvi. q. iiij. volumus. et. xvij. o. s. hinc distinguendū. Excedunt dum religiosos contra indulgentias et privalgia sua molestant. ut. j. eo. c. nimis et. c. tanta. Sed et religiosi caueant ne privalgijs abutant et ne propter indulgentias insolentiant sed i hūilitate regulari sic degant ut ecclesiarum prelati efficatores et promptiores existant et ad exhibendum eis de suis malefactoribus iusticie comple mentū eorūq; privalgia diligentius et perfectius studeant ob seruare. ut. s. de deci. nup. in fi. Ceterum si cū alijs similem vī tam suscepit similem cū eis in legibus sentier disciplinam. ut. s. de sta. regu. recolētes. Excedunt etiam et abbates q; suis finibus no conteni manus ad ea que sunt ep̄alis dignitas extundunt cognoscendo de causis matrimonialibus et alia ep̄alia exercendo ut. j. eo. c. accedentibus. Sed videtur q; de causis matrimonialibus cognoscere possit ut. s. de consang. et affi. ex litteris. Ad quod rño. illud competit abbati ex privalgio speciali et in hoc cōcordat decre. j. eo. c. accedentibus in fi. vbi dicit nisi forsan quisq; eorū speciali concessionē vel alia cā legitimā super huiusmodi valeat se tueri vi pote p̄scriptione. nam pōt abbas quedam iura ep̄alia prescribere que ep̄ale officium non requirunt ut. s. de prescrip. auditis. et eodem modo ex cōsuetudine prescripta potest cognitio cārū matrimonialium ad archidiaconū pertinere. ut. s. de resti. spo. litteras.

De noui operis nunciatione.

Rica'.

## A superiori rubrica

diximus de platis excedentibus in subiectos. in pñti aut rubrica agitur de subiectis excedentibus in contemptū juris vel prioris seu prelati. vñ subiicitur hic rubrica de noui opis nunci. Eldendū est igitur quid sit nouum opus. quid nunciare nouum opus. ad q; noua opera pertineat nunciatione. cui sit nunciandū. quāliter fiat nunciatione. et q; sit nunciationis effectus. Opus nouum sacere videatur qui aut edificando aut detrabendo aliquid pr̄sslinoꝝ facie

operis immutat. ut. ff. eo. ti. l. i. s. opus nouū. Si quis aut verū edificium fulciat aut si vnum vel alterū cementū imponat nouum opus facere nō videtur ut. ff. eo. ti. l. i. s. si q; edificium. et l. stipulatio. s. opus. Longe enim aliud est facere aliud reficer ut. ff. de iti. actuq; prima. l. iij. s. reficere. s. de iude. consuluit. et. c. iudei. ar. tamen est. ff. de mori. inferen. l. i. s. edificarie. Num ciare idem est q; phibere. vnde pro eodez habeo quo ad esse etum siue quis dicat nūcio nouum opus vel phibeo nouum opus ut. j. e. c. significantibus. et. ff. eo. ti. l. i. s. nunciamus. hoc aut edictum non oia opera complectit sed ea sola que solo cōfuncta sunt quorū edificatio vel demolitio videatur nouum opus pñne ut. ff. e. ti. l. i. s. hoc aut edictū. Fit nūciatio oibꝝ existentibus in edificio. ut. ff. e. ti. l. operis noui. et. l. ciuibꝝ et. l. de pupillo. s. ij. et. iij. S; qd si fiat nūciatio ad ipm locuz nomine in edificio existente nunq; tenet denūciatio sic. q; si nullus sit in edificio pōt aliquis esse pñs et audire denunciationē et dñi operis indicare vnde sufficit in pñti nunciari ut. ff. eo. ti. l. de pupillo. s. ij. Et propterea non obstat absentia dñi operis ut. j. eo. c. cum ex iniuncto in pn. Et facit ad idez. C. de dñp. infec. l. dies. s. tociens. et. ff. q; vi aut clam. l. aut. s. iñ si. Quic si fiat nūciatio noui operis domino operis non tñ. in ope. videtur q; nullius sit momenti quia in re pñti fieri debet ut dictuz est. et probat. ff. eo. ti. l. de pupillo. s. si quis forte. Sed verius est q; teneat nūciatio sicut et illa que fit in re pñti. dñi operis absentia et nemine iūstante vt superius dictū est. dicitur autem nullius esse momenti nūciatio q; fit dñi absente quantum ad ea que sunt in ope ante q; ipse ad opus redeat. non enim oia q; facta sunt post talē denunciationem demolienda sunt. sed tñ illa que post regressum eius edificantur. In nūciationē noui operis necessariū est iuramentum de calunnia. si tñ ab ad uerlario exigatur. ut. ff. eo. ti. l. de pupillo. s. q; opus nouū. Qui dam tamen dicunt. l. illa hodie non tenere p aut. de his qui s; gre. ad ap. s. vlt. coll. v. et signatur. C. de iure iurā. ppter calū. i aug. hoc sacramentū. et in alio aug. hoc in sacramēto. Ibi enī dicitur in initio litis. hoc est in contestatō litis de calunnia iurā dum esse ne sepius iuretur. Alij aut dicunt q; illud aut loquuntur de iuramento qd in contestatione litis prestatur vel post. vnde q; dicit ne sepius iuretur supplant post litis contestationem. vñ leges que dicunt de iuramento p̄stanto ante item cōte. non revocant per aug. preall. ff. de noui op. nunc. l. de pupillo. ff. dñ. infec. l. q; bona. s. qui dñi et. s. si. ge. stipulaturus et. ff. q; salis. co. l. de die. s. lubel. Quod tamen intelligendū est post nūciationem cū is cui nūciatum est adit pretore vel platum postulans sibi remitti nūciationē nisi ille de calunnia iuret qui de nūciat. a principio enī non exigitur pretoris auctoritat ut. ff. eo. ti. l. i. s. nūciatio et. s. ex hoc edicto. Itē qui nūciat ne cesse hz demonstrare in quo loco opus nouuz nūciat vt sciat edificator vbi possit edificare et vbi interim abstinentiam ē ut. ff. eo. ti. l. pupillo. s. qui nūciat. Itē qui opus nouum nūciat si quid iam opis factum est intestationes referre dñ vt sciat postea qd factum sit. ut. ff. eo. ti. l. non solum. Item modū dñ scimere is qui nūciat. ut. pbari possit quid postea edificatum sit vt ea. l. sciendū. Itē qui nōcō alio nūciat. necesse hz satisfare rē ratam dñm habiturum ut ff. eo. ti. l. qui in re s. q; procuratorio. qd locum habet s̄m quosdam cum de mā dato dubitatur s̄m alios etiam si de mandato constet et est ibi spāle sicut et alibi. ff. ad trebell. l. quidam. Tribus modis fit nūciatio. per verba. p̄ pretoris interdictum. et per iactuz lapilli. et in hoc vltimo mō dicunt quidā verba non debere iter uenire. Alij dicunt verba posse interuenire vt nūciā sic dicat nūcio vobis nouum opus per iactum lapilli. Effectus nūciationis est ut quicq; postea edificatum fuerit iure vel iniuria destruantur. ut. ff. eo. ti. l. iñ pn. et. l. p̄tor. s. i. et. j. per totum. vñ sīta sunt hec quo ad hoc noui opis nūciatio et excomunicatio q; vtraz tener sitie fiat iure sive iniuria vt. xi. q. iij. sententi. In nūciatione est rō sp̄eta p̄toris auctoritas. in excomunicatiōe contēptus clavium. Est et alijs effectus denūciationis. nā si quis verbis nūciat facit aduersarium possessorē ut. ff. e. ti. l. i. s. in opis et. l. de pupillo. s. meminisse. secus si per pretore siue per iactum lapilli vt ibidem. Ratio diuersitatis hec est. q; possesso solo aio amittitur ut cum q; suspicatur se posse repelli ut. ff. de acq. pos. l. possideri. s. in amittenda. et. l. si id quod. s. vlt. Sed q; lapilluz p̄cit et sic nūciat non pretendit signum tñ midi et fugientis. sed audacia et pugnaturi ac possessionem de sendere volentis et idēc non amittit possessionem. et idēc ē cū q; pretorem adit vel prelatum loquens ei in audacia mentis sue. domine talis edificat in meo faciat eū incontinenti exire elogiū

alioquin iā videbitis qd fiet. vbi vero qs in humilitate verbo rum & arcu pponit edificatori studens in oratu & expoliatione verborum vel sermonis p hoc ipm mouere intendens vt de possessione exeat vel i miseria & de pssione quadā suppli cans & erorans vt exeat perdit possessionē vt dictū est. Tercius effectus ē vt si is cui ē nouū opus nunciatum nolit se desēdere transserat in eū onus probatiois. ut. ff. eo. l. si prius. quod verū est si nolit defendere ista tres mēles qd speciale ē in hac cā. ut. j. eo. c. vlt. C. de edi. priua. l. vlt. ¶ Tertiū & tertius esse ceterū nūciationis tollunt per remissionē ut. j. eo. c. cū ex iniuncto siue fit expressa remissio. ut. j. eo. c. si nouū. 7. ff. de remissi. l. si ut tacita. ut. ff. eo. ii. l. i. §. 7 post opis. l. non solū. §. morte.

### ¶ De priuilegiis & excessibus priuilegiorum. Rīca.

**Ictūni est supra ti. se**  
